UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# De Vita Et Honestate Canonicorvm, Et Aliorvm Ecclesiasticorvm Specvlvm

**Langhe-Cruys, Johan**

**Duaci, 1587**

Libri primi capitum argumenta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63733

Visual Library

# SPECVLI CANONICORVM, ET ALIORVM ECCLESIASTICORVM, DE VITA, ET HONESTATE, QVÆ AB EIS VERBO, ET SERMONE, VEL ACQVIRITVR, ET CONSERVATVR: VEL AMITTITVR, AVT VIOLATVR,

## LIBER PRIMVS.

*Qualis vita, & honeſtas clericorum eſſe debeat.*

### CAPVT PRIMVM.

SACROSANCTA Tridentina Synodus animaduertens decere omnino, clericos in ſortem Domini vocatos, ſic vitam moresque ſuos omnes componere, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliisque omnibus rebus nil niſi graue, moderatum, ac religione plenum præ ſe ferant: leuia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant, vt eorum actiones cunctis adferant venerationem: ſtatuit [a], vt quæ alias à ſummis Pontificibus, & à ſacris conciliis de clericorum vita, honeſtate, cultu, doctrinaq; retinenda, ac ſimul de luxu, comeſſationibus, choreis, aleis, luſibus, ac quibuſcumque criminibus, necnon ſecularibus negotiis fugiendis copioſè, ac ſalubriter ſancita fuerũt, eadem in poſterum eiſdem pœnis, vel maioribus arbitrio ordinarij imponendis, obſeruentur: Nec appellatio execu-

*Clericorũ actiones cunctis debẽt adferre venerationem.*

*a Seſſ.22. de reform. cap.1.*

A tionem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionem hanc,quæ ad morum correctionem pertinet, ſu
ſpēdat, Si qua verò ex his in deſuetudinem abiiſſe com
pererint, ea quàm primū in vſum reuocari, & ab omni
bus accuratè cuſtodiri ſtudeant : non obſtantibus con
ſuetudinibus quibuſcumque : ne ſubditorum neglecta
emendationis, ipſi condignas Deo vindice pœnas perſol
uant. Nam quo maiore in Eccleſia Dei & vtilitate, &
ornamento hęc ſunt, ita etiam diligētius ſunt obſeruan
da, vt actuum operumq; ſuorum teſtē habeant publicam
exiſtimationē & atteſtationem, ne calūniis & obtrecta
tionibus derogetur muneri, & officio eorū. Et vt viden
tes miniſtros altaris cōgruis ornatos moribus, & virtuti
*a lib. 1. offic. cap. 50.* bus, auctorē prædicent, & Dominū venerentur, qui tales
ſeruulos habeat. Laus enim Domini, vt D. Ambroſius
*Clericorum vita alios ad pietatem, ſi bona fuerit, inſtruit.* inquit [a], vbi munda poſſeſſio, & innocēs familię diſcipli
na. Deinde nihil eſt, quod alios magis ad pietatē, & Dei
cultū aſſiduè inſtruat, quàm eorū vita, & exemplū, qui ſe
*Clerici ſunt ſpeculum laicorū.* diuino miniſterio dedicarūt. Cùm enim à rebus ſeculi in
altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tanquam
*Laici ex clericis ſumunt, quod imitentur.* ſpeculum reliqui oculos conijciunt, ex iiſque ſumunt,
quod imitentur.

Deploranda igitur profectò res eſt, adeò nūc apud cle
ricos honeſtatem viluiſſe, vt plurimis indecorum, & in
honeſtum, & naturæ ſuę contrarium videatur, decorè, &
*b lib. 3.* honeſtè viuere : cùm tamen Cicero homo ethnicus, de
*Honeſtas Zenoni ſola eſſe expetenda videbatur.* officiis ſcribens [b] dixerit, nos ad honeſtatem natos eſſe,
eamque aut ſolam eſſe expetendam (vt Zenoni viſum
fuit) aut certè omni pondere, & æſtimatione grauiorem
*Honeſtas Ariſtoteli omni æſtimatione gratior.* eſſe habendam, quàm reliqua omnia ; quod Ariſtoteli
placuiſſe teſtatur. Itaque neceſſum eſſe, quod honeſtum
ſit, id eſſe aut ſolum, aut ſummum bonum. Et ea delibe
randa omnino non eſſe, in quibus eſt turpis ipſa delibe
ratio : Atque etiam in omni deliberatione celandi, &
occultandi ſpem, opinionemque remouendam. Satis
enim nobis, inquit, (ſi modò in philoſophia aliquid pro
*Nihil mali faciendum eſt, etſi Deum, & omnes homines celare poſſimus.* fecimus) perſuaſum eſſe debet, ſi omnes deos, homineſ
que celare poſſimus, nihil tamen auarè, nihil iniuſtè,
nihil libidinosè, nihil incontinenter eſſe faciendum.
O vtinam hæc omnium clericorum memoriæ perpetuò
infixa permaneret ſententia, & ab iiſdem obſeruaretur.

Certè

Certè inſignem in clero videremus honeſtatem. Nam vt idem in Tuſculanis quæſtionibus[a] ſcribit, ad ferendum dolorem placidè, & ſedatè, plurimum proficit toto pectore, vt dicitur, cogitare, quàm id honeſtum ſit. Sumus enim natura, vt ante dixi (dicendum eſt enim ſæpius) ſtudioſiſſimi appetentiſſimique honeſtatis. Cuius ſi quaſi lumen aliquod aſpexerimus, nihil eſt, quod, vt eo potiamur, non parati ſimus & ferre, & perpeti: Et ſola honeſtate vitam aſſeruit contineri beatam[b]. Item & D. Ambroſius[c] in honeſtate vitam beatam poſitam eſſe minimè dubitauit; ſed illam, inquit, ſcriptura appellat æternam; oſtendens aliam Chriſtianorum, aliam ethnicorum vitam fuiſſe beatam. Tantus enim ſplendor honeſtatis eſt, vt vitam beatam efficiant tranquillitas conſcientiæ, & ſecuritas innocentiæ. Et ideo, ſicut exortus ſol lunæ globum, & cætera ſtellarum abſcondit lumina, ita fulgor honeſtatis, vbi vero, & incorrupto vibrat decore, cætera, quæ putantur bona ſecundum voluptatem corporis, aut ſecundum ſeculum clara, & illuſtria, obumbrat. Vnde & Cicero[d]: Tu, inquit, cùm honeſtas in voluptate contemnenda conſiſtat, honeſtatem cum voluptate, tanquam hominem cum belua copulabis? Sed in eo hic errabat, quod claram, & illuſtrem in hoc mundo gloriam honeſtate quærendam arbitraretur. Nam, vt B. Ambroſius inquit[e], beata planè honeſtas eſt, quæ non alienis æſtimatur iudiciis; ſed domeſticis percipitur ſenſibus, tanquam ſui iudex. Neque enim populares opiniones pro mercede aliqua requirit, neque pro ſupplicio pauet. Itaque quo minus ſequitur gloriam, eo magis ſuper eam eminet. Nam qui gloriam requirunt, his iam merces præſentium vmbra futurorum eſt, quæ impediat vitam æternam. Quod in Euangelio ſcriptum eſt[f]: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam; de his ſcilicet, qui velut tuba canendo, vulgare liberalitatem ſuam, quam faciunt circa pauperes, geſtiunt. Similiter & de ieiunio, quod oſtentationis cauſa faciunt: Habent, inquit, mercedem ſuam. Honeſtatis igitur eſt vel miſericordiam facere, vel ieiunium deferre in abſcondito, vt mercedem videaris à ſolo Deo tuo quærere, non etiam ab ho-

a *lib. 2.*

*Honeſtatis ſecundum naturã ſumus ſtudioſiſſimi & appetentiſſimi.*

b *lib. 5. Tuſc. quæſt.*

*Honeſtate vita cõtinetur beata*

c *lib. 2. offic. cap. 1.*

*Vita æterna continetur honeſtate.*

*Honeſtatis quantus ſit ſplendor.*

d *in academic. quæſt. lib. 2.*

*Honeſtatem cũ voluptate, tanquam hominẽ cum belua eſt copulare.*

e *lib. 2. offic. c. 1.*

*Quæ honeſtas beata ſit.*

f *Matt. 6. cap.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ab hominibus. Nam qui ab hominibus quærit, habet mercedem ſuam; qui autem à Deo, habet vitam æternam, quam præſtare non poteſt niſi auctor æternitatis, ſicut illud eſt [a]: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Vnde expreſſius ſcriptura vitam æternam appellauit eam, quæ ſic ſit beata, vt non hominum opinionibus æſtimanda relinqueretur, ſed diuino iudicio committeretur. Quare non inconueniens, nec inutile fore putauimus, ſi illa, quę alias à ſummis Pontificibus, & à ſacris conciliis, ſed præcipuè à Tridentino, de clericorum vita, & honeſtate, & aliis eodem pertinentibus ſtatuta ſunt, ſub certis titulis digererentur, vt in illis clerici, tanquam in ſpeculo ſe contueri, & contemplari poſſint, & videre num vitam vocationi, & ordini ſuo conuenientem, atque conformem ducant: ſi non, hinc diſcant, quid illis faciendum, quídve vitandum ſit. His enim rebus, quæ tractantur in vita, modum quēdam adhibentes, & ordinem, vt Cicero inquit [b], honeſtatem, & decus conſeruabimus.

a *Luc.23.*

*Cur hic liber Speculum inſcribatur.*

b *lib.1.offic.*
*Honeſtas quomodo conſeruetur.*

## *De fide, eiusq; profeßione.* CAPVT II.

DIVIDITVR autem in quatuor locos honeſti natura, & vis [c], quorum primus eſt ſapientia, atque prudentia, quæ in veri inueſtigatione, & cognitione verſatur, atque conſiſtit, & ſcientiæ plenioris infundit cupiditatem. Secundus iuſtitia, quæ ſuum cuique tribuit, alienum non vendicat, vtilitatē propriam negligit, vt communem æquitatem cuſtodiat. Tertius fortitudo, quæ in rebus bellicis, & domi, excelſi animi magnitudine, corporisque præſtat viribus. Quartus temperantia, quæ modum, ordinemque ſeruat omnium, quę vel agenda, vel dicenda arbitramur. Quare cùm Chriſtianorum, & præſertim clericorum veri cognitio, atque ſapientia verſetur, & conſiſtat potiſſimùm in fide illa ſancta catholica, & Apoſtolica [d], quid de illa SS. Tridentina Synodus decreuerit, & definierit, dicemus. Ex qua manifeſtum erit, illam nō modo ad honeſtatem, verumetiam ad æternam ſalutem, & beatitudinem eſſe neceſſariam. Conſtat enim, vt D. Auguſtinus inquit [e], nemine

ad veram

c *D. Ambroſ. de offic. lib. 1. cap.24. & 25. & Cic. lib.1. offic.*
*Honeſtatis loci quot ſint.*

*Clericorum veri cognitio in quo conſiſtat.*
d *Auguſt. li.2. retract. cap.65. et Ench. cap.2. & 3.*
e *ſerm.38. de temp. & ſerm. 181. ibid.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad veram peruenire poſſe beatitudinē, niſi Deo placeat: & Deo neminē poſſe placere, niſi per fidem. Fides namque eſt bonorum omnium fundamentum, & humanæ ſalutis initium. Sine hac nemo ad filiorum Dei conſortium poteſt peruenire, quia ſine ipſa, nec in hoc ſeculo quiſquam iuſtificationis conſequitur gratiam, nec in futuro vitam poſſidebit æternam. Et ſi quis hic non ambulauerit per fidem, non perueniet ad ſpem beatæ viſionis Domini noſtri IESV Chriſti.

*Fides quàm ſit neceſſaria.*

Huc pertinet & illud D. Euſebij Emiſſeni [a]: Fides religionis catholicæ, lumen eſt animæ, oſtium vitæ, fundamentum ſalutis æternæ. Quicumque hac derelicta, velut peſſimum ducem, proprium ſequitur intellectum: quicumque per ſapientiæ ſuæ ſenſum, ad myſteriorum cæleſtium ſe putat poſſe peruenire ſecretum, ſic facit, quomodo ſi abſque fundamento ædificet domum; aut ſi prętermiſſo oſtio velit introire per tectum; vel ſi nocte ſine lumine inferat greſſum, totum ſe clauſis oculis vrgeat in profundum. Hanc ergo nobis fidem, velut magnā lampadem, Chriſtus adueniens errantibus viam monſtraturus exhibuit, per quam poſſit Deus ignotus requiri, quęſitus credi, creditus inueniri. Et Chryſoſtomus [b]: Fides, inquit, eſt origo iuſtitiæ, ſanctitatis caput, deuotionis principium, religionis fundamentum. Nullus vnquam ſine hac Dominum promeruit; nullus ſine illa faſtigium ſublimitatis aſcendit. Eſt enim fides, innocens, ac pura credulitas: qua ad Deum accedimus, qua præceptis inſiſtimus, qua expiata mente Dominum veneramur. Hæc excludit dubia, tenet certa, promiſſa conſignat. Hanc qui tenet, felix eſt: qui deſeruerit, miſer. Confirmat & hoc noſtrum inſtitutum D. Ambroſius dicens [c]: Nihil eſt, quod magis ad vitam honeſtam proficiat, quàm vt credamus eum iudicem futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & honeſta delectēt. Et idem alibi [d]: Habet, inquit, vitam æternam fides, quia fundamentum bonū eſt. Habent & bona facta, quia vir iuſtus, & dictis, & rebus probatur. Nam etſi exercitatus ſit in ſermonibus, & deſidioſus in operibus, prudentiam ſuam factis repellit; & grauius eſt, ſcire quid facias, nec feciſſe quod faciendum cognoueris. Contrà quoque ſtrenuum

*a Hom. 2. de ſymb.*

*b in ſerm. de fide, ſpe, et charitate.*

*Fides quid ſit.*

*c lib. 1. offic. cap. 26.*

*Ad vitam honeſtam quæ fides requiratur.*

*d lib. 2. offic. cap. 2.*

eſſe in operibus, affectu infidum, ita eſt, ac ſi vitioſo fun-

*Sine munimẽto fidei bona opera conſiſtere non poſſunt.*

damento pulchra culminum velis eleuare faſtigia; quod quò plus ſtruxeris, plus corruet: Quia ſine munimento fidei, bona opera non poſſunt manere.

Sacroſancta verò œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu ſancto legitime congregata, in ea præſidentibus tribus Apoſtolicæ ſedis legatis, magnitudinem rerum tractandarum conſiderans, præſertim illarum quæ duobus illis capitibus de extirpandis hæreſi-

*Synodus Tridentina cur congregata fuerit.*

bus, & moribus reformandis continentur (quorum cauſa præcipuè eſt congregata) & agnoſcens cum Apoſtolo[a], non eſſe ſibi colluctationem aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus ſpirituales nequitias in cęleſtibus: cum

*a Epheſ. 6.*

eodem omnes & ſingulos inprimis hortatur, vt confortentur in Domino, & in potentia virtutis eius, in omni-

*Scutũ fidei contra diaboli tela ſumendum eſt.*

*b Epheſ. 6. & c. qui reſiſtit. 21. q. 3.*

*c. Seſſ. 3. in decret. de ſymb. fidei.*

bus ſumentes ſcutum fidei[b], in quo poſſint omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, atque galeam ſpei ſalutis accipiant, cum gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Itaque vt hęc pia eius ſolicitudo, principium, & progreſſum ſuum per Dei gratiam haberet, ante omnia ſtatuit, & decernit[c], pręmittendam eſſe confeſſionem fidei, Patrum exempla in hoc ſecuta, qui ſacratioribus conciliis

*In exordio conciliorum cõfeſſio fidei fieri ſolet.*

*d Concil. Nic. Roma. ſub Iulio 1. Hippon. Conſtantinopol. 6. c. 1. & 2. diſt. 15. c. 1. de ſum. Trinit.*

*e Seſſ. 24. de reform. cap. 12.*

hoc ſcutum contra omnes hæreſes in principio ſuarum actionum apponere conſueuere[d], quo ſolo aliquando, & infideles ad fidem traxerunt, hæreticos expugnarunt, & fideles confirmarunt. Quare ſymbolum fidei, quo ſancta Romana Eccleſia vtitur, tanquam principium illud, in quo omnes, qui fidem Chriſti profitentur, neceſſariò conueniunt, ac fundamentum firmum, ac vnicum, contra quod portæ inferi nunquam præualebunt, totidem verbis, quibus in omnibus eccleſiis legitur, exprimendum eſſe cenſuit.

*Qui fidei orthodoxæ ſuæ profeſſionẽ facere, & obedientiam Romanæ Eccleſiæ ſpondere, ac iurare debeant.*

Poſtea eadem SS. Synodus ſtatuit[e], vt prouiſi de beneficiis quibuſcumque curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ poſſeſſionis ad minus intra duos menſes, in manibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedito coram generali eius vicario, ſeu officiali, orthodoxæ ſuę fidei publicam facere profeſſionẽ, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondeant, ac iurent. Prouiſi autem de canonicatibus, & dignitatibus in eccleſiis ca-

thedralibus, non ſolùm coram Epiſcopo ſeu eius officiali, ſed etiam in capitulo idem facere teneantur. Alioquin prædicti omnes prouiſi, vt ſupra, fructus non faciãt ſuos: nec illis poſſeſſio ſuffragetur. Huc pertinet & illud, quod ab eadem Synodo in alia ſeſſione decretum legitur[a]: Cogit temporum calamitas, & inualeſcentium hæreſum malitia, vt nihil ſit prætermittendum, quod ad populorum ædificationem, & catholicæ fidei præſidium videatur poſſe pertinere. Præcipit igitur ſancta Synodus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & omnibus aliis, qui de iure, vel conſuetudine in concilio prouinciali intereſſe debent, vt in ipſa prima Synodo prouinciali, poſt finem præſentis concilij habenda, ea omnia, & ſingula, quæ ab hac ſancta Synodo definita, & ſtatuta ſunt, palàm recipiant: necnon veram obedientiam ſummo Romano Pontifici ſpondeant, & profiteantur; ſimulque hæreſes omnes à ſacris canonibus, & generalibus conciliis, prçſertimq; ab hac eadem Synodo dãnatas, publicè deteſtentur, & anathematizent. Idemq; in poſterum, quicumque in Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcoposque promouendi, in prima Synodo prouinciali, in qua ipſi interfuerint, omnino obſeruent. Quod ſi quis ex ſupradictis omnibus, quod abſit, renuerit: Epiſcopi comprouinciales ſtatim ſummum Romanũ Pontificẽ admonere, ſub pœna diuinæ indignationis teneantur; interimque ab eiuſdem cõmunione abſtineant. Cæteri verò omnes, ſiue in præſenti, ſiue in futurũ beneficia eccleſiaſtica habituri, & qui in Synodo diœceſana conuenire debent, idẽ, vt ſupra in ea Synodo, quæ primo quoque tẽpore celebrabitur, faciãt, & obſeruent: aliàs ſecundum formam ſacrorum canonum puniantur. Ad hæc omnes ij ad quos vniuerſitatum, & ſtudiorum generalium cura, viſitatio, & reformatio pertinet, diligenter curent, vt ab eiſdem vniuerſitatibus canones, & decreta huius ſanctę Synodi integrè recipiãtur: ad eorũque normã, magiſtri, doctores, & alij in eiſdẽ vniuerſitatibus ea, quæ catholicæ fidei ſunt, doceãt, & interpretẽtur; ſeq; ad hoc inſtitutũ initio cuiuſlibet anni ſolẽni iuramẽto obſtringãt. Sed & ſi aliqua alia in prædictis vniuerſitatibus correctione, & reformatione digna fuerint, ab eiſdem ad

a *Seſſ. 25. de reform. cap. 2.*

*In concilio prouinciali cuiuſmodi debeat fieri profeſſio.*

*In Synodo diœceſana à quibus, & qualis fieri debeat profeſſio.*

*A quibus, & qualis in Vniuerſitatibus debeat fieri profeſſio.*

quos ſpectat, pro religionis, & diſciplinæ eccleſiaſticæ augmento emendentur, & ſtatuantur. Quę verò vniuerſitates immediatè ſummi Romani Pōtificis protectioni, & viſitationi ſunt ſubiectę, has ſua Beatitudo per eius delegatos eadem, qua ſupra, ratione, & prout ei vtilius viſum fuerit, ſalubriter viſitari, & reformari curabit.

*Super forma iuramenti profeſsionis fidei Pij Papæ quarti bulla.*

## CAPVT III.

INIVNCTVM nobis Apoſtolicę ſeruitutis officium requirit, vt ea, quæ Dominus omnipotens ad prouidam eccleſiæ ſuæ directionem, ſanctis Patribus in nomine ſuo congregatis diuinitus inſpirare dignatus eſt, ad eius laudem & gloriā incunctanter exequi properemus. Cum itaque, iuxta concilij Tridentini diſpoſitionem [a], omnes, quos deinceps cathedralibus, & ſuperioribus eccleſiis præfici, vel quibus de earum dignitatibus, canonicatibus, & aliis quibuſcumque beneficiis eccleſiaſticis, curam animarum habentibus prouideri cōtinget, publicam orthodoxæ fidei profeſſionem facere, ſeque in Romanæ eccleſiæ obedientia permanſuros, ſpondere, & iurare teneantur: Nos volentes etiam per quoſcumque, quibus de monaſteriis, conuentibus, domibus, & aliis quibuſcumque locis, regularium quorumcumque ordinum, etiam militiarum, quocumque nomine, vel titulo prouidebitur, idem ſeruari, & ad hoc, vt vnius eiuſdem fidei profeſſio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaque & certa illius forma cunctis innoteſcat, noſtræ ſolicitudinis partes in hoc alicui minimè deſiderari; formam ipſam præſentibus annotatam publicari, & vbique gentium per eos, ad quos ex decretis ipſius concilij, & alios prædictos ſpectant, recipi, & obſeruari, ac ſub pœnis per concilium ipſum in contrauenientes latis, iuxta hanc & non aliam formam profeſſionem prędictam ſolenniter fieri, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium diſtrictè præcipiendo mandamus, huiuſmodi ſub tenore: Ego N. *firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula quæ* continentur in ſymbolo fidei, quo ſancta Romana eccleſia vtitur, videlicet; Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terrę, viſibilium omniū

& inui-

*a Seſſ. 24. de refor. cap. 1. & 12. Seſſ. 25. de reform. cap. 2.*

*A quibus hæc fidei profeſſio fieri debeat.*

*Vnius eiuſdémque fidei vniformis debet eſſe profeſſio.*

*Forma profeſſionis fidei.*

& inuiſibilium; Et in vnum Dominum IESVM Chriſtum filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſecula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum non factum conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt: qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcēdit de cælis: & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt: crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt: & reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas: & aſcendit ad cęlos, ſedet ad dexterā Patris: & iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis: & in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit, qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas: & vnam ſanctam catholicam, & Apoſtolicam eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum: & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſeculi. Amen. Apoſtolicas, & eccleſiaſticas traditiones, reliquasque eiuſdem eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſſime admitto, & amplector. Item ſacram ſcripturam iuxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarū ſcripturarum, admitto: nec eam vnquam niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe verè, & propriè ſacramenta nouæ legis à IESV Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria: ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaque gratiam conferre: & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinē, ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque & approbatos eccleſiæ catholicę ritus, in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſolenni adminiſtratione recipio, & admitto; omnia, & ſingula, quę de peccato originali, & de iuſtificatione in SS. Tridētina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector, & recipio: Profiteor pariter in miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro viuis & de-

functis: atque in ſanctiſſimo Euchariſtię ſacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtãtialiter corpus, & ſanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem: quam conuerſionem catholica Eccleſia tranſſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum, verumque ſacramentum ſumi. Conſtanter teneo purgatorium eſſe, animasque ibi detentas fidelium ſuffragiis iuuari. Similiter & Sanctos vna cum Chriſto regnantes venerandos atque inuocandos eſſe, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas. Firmiſſimè aſſero imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem ac venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatē à Chriſto in Eccleſia relictã fuiſſe, illarumque vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe, affirmo. Sanctam catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omniũ eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco: Romanoque Pontifici, beati Petri Apoſtolorum principis ſucceſſori, ac IESV Chriſti vicario veram obedientiam ſpondeo, ac iuro: Cætera item omnia à ſacris canonibus, & œcumenicis cõciliis, ac præcipuè à SS. Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atq; profiteor; ſimulq; contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram catholicã fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in pręſenti ſpontè profiteor, & veraciter teneo, eandẽ integrã, & inuiolatam, vſq; ad extremum vitæ ſpiritũ conſtantiſſimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, & illis quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quãtum in me erit, curaturum, ego idem N. ſpondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Volumus autem, quod pręſentes literę in Cancellaria noſtra Apoſtolica de more legantur: & vt omnibus facilius pateãt, in eius quinterno deſcribantur, ac etiam imprimantur.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

primantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1564. Idibus Nouembris; Pontificatus noſtri anno quinto.

### *De ſtudio, doctrina, ac inſtitutione clericorum.* CAP. IIII.

OMNIBVS, vt D. Ambroſius inquit [a], hominibus ineſt ſecundum naturam humanam verum inueſtigare, quod ad ſtudium cognitionis, & ſcientiæ trahit, & inquirẽdi inſundit cupiditatem. Nihil eſt enim magis, quo homo cæteris animantibus præſtet, quàm quod rationis eſt particeps. Cauſas rerum requirit, generis ſui authorem inueſtigandum putat, in cuius poteſtate vitæ, necisque noſtrę poteſtas ſit, qui mundum hunc ſuo nutu regat, cui ſciamus rationem eſſe reddendam noſtrorum actuum. In quibus excellere vniuerſis pulchrum videtur, ſed paucorum eſt aſſequi, qui voluendo cogitationes, conſilia examinando, non mediocrem impẽdunt laborem, vt ad illud beatè honeſteq; viuendum peruenire poſſint, atq; operibus appropinquare. Nõ enim qui dixerit, inquit [b], mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum; ſed qui fecerit ea, quæ dico. Nam ſtudia ſciẽtiæ ſine factis, & bonis operibus, haud ſcio an etiã inuoluant magis. Scientia enim, vt D. Paulus ait [c], inflat; charitas verò ædificat. Nihilominus, quanto excelſior virtus eſt ſapientia, tanto magis enitendum eſſe arbitror omnibus clericis, vt eam aſſequi poſſint. Siquidẽ à Gelaſio Papa conſtitutum legitur [d]; vt illiteratos nullus præſumat ad clericatus ordinem promouere: quia literis carens, ſacris non poteſt eſſe aptus officiis. Ignorãtia enim mater cunctorum errorum eſt, debetq; maximè à ſacerdotibus Dei euitari, qui docendi officium in populo Dei ſuſceperunt. Nam hi ex decreto concilij 4. Toletani [e] ſcire debent ſanctas ſcripturas, & canones: & omne opus eorum in prædicatione, & doctrina conſiſtit, vt ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina.

*Marginal notes:*
a *lib. 1. offic. cap. 16.*
*Omnes homines ad verum inueſtigandum propenſi ſunt.*
*Homo Chriſtianus in quo cæteris animantibus præſtet.*
b *Matt. 7. cap.*
c *1. Corinth. 8.*
d *c. illiteratos. diſt. 36.*
*Illiterati ad clericatum non ſunt promouendi.*
e *Cõcil. Toleta. 4. cap. 24. c. ignorãtia. diſt. 38.*

Quare

*a Seſſ.21. de reform. cap.6.*

*Paſtoribus illiteratis coadiutores aut vicarij dandi ſunt.*

*Paſtores turpiter viuẽtes priuandi ſunt beneficiis.*

Quare & à SS. Tridentina Synodo, quia illiterati & imperiti parochialium eccleſiarū paſtores ſacris minus apti ſunt officiis, & alios propter eorum vitæ turpitudinem potius deſtruunt, quàm ædificant, ſtatutum fuit[a] vt Epiſcopi etiam, tanquam Apoſtolicæ ſedis delegati, eiſdem illiteratis, & imperitis, ſi alias honeſtæ vitæ ſint, coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eiſdem pro ſufficienti victu aſſignare, vel aliter prouidere poſſint: quacumque appellatione, & exemptione remota. Eos verò, qui turpiter, & ſcãdaloſe viuunt, poſtquam præmoniti fuerint, coërceant, ac caſtigent: &, ſi adhuc incorrigibiles in ſua nequitia perſeuerent, eos beneficiis, iuxta ſacrorum canonum conſtitutiones, exemptione, & appellatione quacumq; remota, priuandi facultatem habeant.

*b Seſſ.5. de refor. cap.1.*

*c Conſtãtino.6. cap.5. Lateran. ſub Alexand.3. cap.18. & ſub Innoc.3. cap.11.*

*In quibus eccleſiis lectio ſacræ ſcripturæ fieri debeat.*

Eadem quoque SS. Synodus Tridentina [b] piis ſummorum Pontificum, & probatorum conciliorum [c] conſtitutionibus inhærens, easque amplectens, & illis adijciens: ne cæleſtis ille ſacrorū librorum theſaurus, quem Spiritus ſanctus ſumma liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat: ſtatuit, & decreuit, quod in illis eccleſiis, in quibus præbendæ, aut præſtimonium, ſeu aliud quouis nomine nuncupatum ſtipendium pro lectoribus ſacræ Theologiæ deputatum reperitur, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & alij locorū Ordinarij eos, qui præbendam aut præſtimonium, ſeu ſtipendium huiuſmodi obtinent, ad ipſius ſacræ ſcripturę expoſitionem & interpretationem per ſe ipſos, ſi idonei fuerint, alioquin per idoneum ſubſtitutum ab ipſis Epiſcopis, Archiepiſcopis, Primatibus, & aliis locorum Ordinariis eligendum, etiam per ſubtractionem fructuum cogant, & cõpellant.

*Præbenda, cui annexum eſt munus docẽdi, quali viro conferenda ſit.*

*d c. quia. & c. fin. de magiſtris.*

De cætero verò præbenda, præſtimonium, aut ſtipendiū huiuſmodi non niſi perſonis idoneis, & quæ per ſe ipſas id munus explicare poſſint, conferantur: & aliter facta prouiſio nulla ſit, & inualida. In eccleſiis autem metropolitanis, vel cathedralibus [d], ſi ciuitas inſignis, vel populoſa, ac etiam in collegiatis exiſtentibus in aliquo inſigni oppido, etiam nullius diœceſis, ſi ibi clerus numeroſus fuerit, vbi nulla præbenda, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium huiuſmodi deputatum reperitur, præbenda

quomo-

quomodocumque, præterquam ex cauſa reſignationis, primò vacatura, cui aliud onus incompatibile iniũctum non ſit, ad eum vſum ipſo facto perpetuò conſtituta, & deputata intelligatur. Et quatenus in ipſis eccleſiis nulla, vel non ſufficiens præbenda foret, Metropolitanus, vel Epiſcopus ipſe per aſſignationẽ fructuum alicuius ſimplicis beneficij, eiuſdem tamen debitis ſupportatis oneribus., vel per contributionem beneficiatorum ſuæ ciuitatis, & diœceſis, vel aliàs, prout commodius fieri poterit, de capituli cõſilio ita prouideat, vt ipſa ſacrę ſcripturæ lectio habeatur; ita tamen, vt quæcumque alię lectiones, vel conſuetudine, vel quauis alia ratione inſtitutæ propter id minimè prætermittantur.

Eccleſię verò quarum annui prouẽtus tenues fuerint, & vbi tam exigua eſt cleri, & populi multitudo, vt Theologiæ lectio in eis commodè haberi non poſſit, ſaltem magiſtrum habeant ab Epiſcopo cum conſilio capituli eligendum, qui clericos, alioſque ſcholares pauperes Grammaticam gratis doceat [a], vt deinceps ad ipſa ſacræ ſcripturę ſtudia, annuente Deo tranſire poſſint; ideóque illi magiſtro Grammatices alicuius ſimplicis beneficij fructus, quos tamdiu percipiat, quamdiu in docendo perſtiterit, aſſignentur: dum tamen beneficium ipſum ſuo debito non fraudetur obſequio: vel ex capitulari, vel epiſcopali menſa condigna aliqua merces perſoluatur; vel aliàs Epiſcopus ipſe aliquam rationem ineat ſuæ eccleſiæ in diœceſi accommodam: ne pia hæc, vtilis, atque fructuoſa prouiſio quouis quæſito colore negligatur.

*Vbi, et quomodo Grãmaticæ profeſſio & lectio inſtituẽda.*

*a c. 1. 2. c. quia & fin. de magiſtris. Synod. Cõſtantino. 6. cap. 5.*

In monaſteriis quoque monachorum, vbi commodè fieri queat, etiam lectio ſacræ ſcripturę habeatur. Qua in re ſi Abbates negligentes fuerint, Epiſcopi locorum in hoc, vt ſedis Apoſtolicæ delegati, eos ad id opportunis remediis compellant. In conuentibus verò aliorum regularium, in quibus ſtudia commodè vigere poſſunt, ſacræ ſcripturæ lectio ſimiliter habeatur: quæ lectio à Capitulis generalibus vel prouincialibus aſſignetur dignioribus magiſtris.

*In monaſteriis ſacræ ſcripturæ lectio inſtituẽda.*

In gymnaſiis etiam publicis, vbi tam honorifica, & cæterorum omnium maximè neceſſaria lectio hactenus inſtituta non fuerit, religioſiſſimorum Principum, ac

Rerum-

Rerumpublicarum pietate, & charitate ad catholicæ
dei defenſionem, & incrementum, ſanæq; doctrinæ con
ſeruationem, & propagationem inſtituatur, & vbi inſti
tuta foret, & negligeretur, reſtituatur. Et ne ſub ſpec
pietatis impietas diſſeminetur: ſtatuit eadē ſancta Syn
odus, neminem ad huiuſmodi lectionis officium tam
publicè, quàm priuatim admittendum eſſe, qui prius à
Epiſcopo loci, de vita, moribus, & ſcientia examinatus,
& approbatus non fuerit. Quod tamen de lectoribus in
clauſtris monachorum non intelligatur.

*Profeſſores quando, à quibus, et quomodo examinandi ſint.*

Docentes verò ipſam ſacram ſcripturam, dum publi
cè in ſcholis docuerint: & ſcholares, qui in ipſis ſchol
ſtudent, priuilegiis omnibus de perceptione fructuum,
præbendarum, & beneficiorum ſuorum in abſentia à iure
communi conceſſis, plenè gaudeant, & fruantur. Ab Ho
norio autem Papa 3. conſtitutum legitur [a]; vt docente
in Theologica facultate, dum in ſcholis docuerint, &
ſtudentes in ipſa integrè per annos quinq;, percipiant de
licentia ſedis Apoſtolicæ prouentus præbendarum, &
beneficiorum ſuorum, non obſtāte aliqua contraria con-
ſuetudine, vel ſtatuto, cùm denario fraudari non debeant
in vinea Domini operantes. An autem aliis ſcientiis &
diſciplinis ſtudentes hoc priuilegio gaudere poſſint, du-
bitatum fuit. Cui dubitationi Panormitanus reſpondens
dicit [b]; quod licet verba dictæ conſtitutionis Honorij
non adaptentur niſi ad ſtudentes in Theologia, tamen
conſiderando mentem aliorum iurium; & quia Eccleſia
vniuerſalis non poteſt regi ſine iure, pręſertim canonico:
quod extendatur in fauorem ſtudentium ad quamcum-
que facultatem, ſed maximè ad ius canonicum. Nam in
hoc docti, & periti, promouent vtilitatem non ſolùm
ſuæ propriæ eccleſiæ, ſed etiam Eccleſiæ vniuerſalis, quæ
ad ſui regimen indiget viris literatis [c]. Nec obſtat c. fin.
de magiſt. quia dicit ſpecialitatem in Theologis tantum
reſpectu contrarij ſtatuti; ideoq; valeret ſtatutum, quod
ſtudentes in iure canonico, vel ciuili non perciperent
fructus beneficiorum: ſed in Theologia, non valeret tale
ſtatutum [d]. Vide ſuper hac ſtudioſorū abſentia à ſua re-
ſidentia concilium Mediolanenſe part. 2. tit. de reſidētia.

*Priuilegiū doctorum et ſcholariū vniuerſitatū Theologiæ operā dantium.*

a *c. fin. de magiſt.*

*An aliis diſciplinis ſtudentes Theologorum priuilegio gaudeant.*

b *in c. tuæ. de cleric. nō reſid. & c. fin. de magiſt. gloſſ. ſing. & not. in c. cùm de diuerſis. de priuilegiis. in 6.*

c *c. cùm ex eo, de electi. in 6.*

d *d. gloſ. not. in c. cùm de diuerſis. de priuil. in 6.*

Pius verò Papa quartus, ad cuius aures peruenerat, nō-

nullos

nullos curata, vel aliàs ſacros ordines, aut perſonalem reſidentiam requirentia beneficia obtinentes, ſub prætextu quod literis operam dare cupiebant, poſt confirmationem concilij Tridentini per Sanctitatem ſuam factam, & publicatam, ſecum, vt literarũ ſtudio in loco, vbi illud vigeret generale actu inſiſtendo ratione beneficiorum per eos obtentorum huiuſmodi, vſque ad quinquenium, vel aliud tempus tunc expreſſum, dummodo infra primum illius annum Subdiaconi fierent, ad reliquos ordines promoueri minimè tenerentur, & tam eidem interim, quàm alij etiam ad eoſdem ordines, vel eorum aliquem, ſeu aliquos promoti, quod ſimiliter ſtudentes beneficiis per eos obtentis per vicarios idoneos à locorum Ordinariis etiam congrua fructuum beneficiorum huiuſmodi portione illis aſſignata, vel aliàs deputandos in diuinis deſeruiẽdo, animarum curam illis imminentem exercendo, & alia incumbẽtia onera ſupportando vſq; ad ſimile tẽpus perſonaliter in eiſdẽ beneficiis reſidere nõ tenerẽtur, & nihilominus interea omnes eorundẽ beneficiorũ fructus percipere poſſent, per ordinariam Sanctitatis ſuæ ſignaturã, ſeu Pœnitentiariæ ſuę officium diſpenſari, ſibiq; pariter indulgeri obtinuerant, nullũ in his vel fraudi, vel circũuentioni locum, præſertim quo ad abſentes à Romana Curia, de quorũ qualitatibus facilis notitia haberi non poteſt, quantum humana ratione prouideri poteſt, relinquere volẽs, concilij etiam Tridentini decretis inhærendo, huiuſmodi diſpẽſationes & indulta hactenus conceſſa, ac tam ipſius Pœnitẽtiariæ, quàm Apoſtolicas, & alias deſuper confectas, & conficiẽdas literas, proceſſusq; habitos, & habẽdos per eaſdẽ dictis abſentibus nullatenus ſuffragari, niſi ſingulorum Ordinariorũ locorũ, in quibus ſingula beneficia huiuſmodi conſiſtũt, cõſenſus gratis præſtãdus ad id accedat, Apoſtolica auctoritate declarauit: decernẽns irritũ, &c.

*Declaratio Pij 4. quod gratiæ de non reſidendo, et percipiendo fructus ratione ſtudij, nõ valeant ſine conſenſu Ordinarij.*

*Clerici quibus ſtudiis vacare, & ſe exercere debeãt.* CAP. V.

NIHIL autẽ clericis, & præſertim ſacerdotibus, atq; Canonicis magis eſt declinandũ, quàm otium, & torpẽs animi ignauia, quoniã ea pręſtat alimentũ, & materiã multis vitiis, iuxta illud Eccleſiaſtici a: Multã malitiam

*Omnibus clericis otiũ eſt fugiendum.*

a 33. cap.

*a c.niſi cũ pridem. §. verum, de renunciat.*

*b & in c. nunquam. de conſecrat. diſt. 5.*

malitiam docuit otioſitas. Nam vt Innocẽtius Papa
ſcripſit [a]: Otioſitas, & voluptas arma ſunt hoſtis anti
ad miſeras animas captiuandas. Ad quã toto animi
fugiendam, id maximè agendum, quod ſcribit Hiero
mus ad Ruſticum Monachum [b]: Nunquam de manu
vel oculis tuis liber Pſalterij diſcedat, diſcatur ad ver
oratio ſine intermiſſione. Ama ſcientiam ſcripturar
& vitia carnis non amabis. Facito aliquid operis, vt ſe
per diabolus inueniat te occupatum. In deſideriis e
eſt omnis otioſus. Nam vt poëta Ethnicus habet:

Quæritur, AEgyſtus quare ſit factus adulter?
  In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.
Otia ſi tollas, periêre Cupidinis arcus,
  Contemptæque iacent, & ſine luce faces.

*Actiones infrugiferæ adoleſcentibus ſunt fugiendæ.*

Socrates dehortabatur iuuenes non ſolùm ab otio, ſ
ab actionibus infrugiferis. Siquidem eos otioſos app
labat, qui alea, compotationibus ſuis, & ſcortis ætate
abſumerent. Iuxta illud Heſiodi: Non probrum eſt op
rari, aſt eſt ceſſatio probrum. Enimuero ſicut vrbs p
tens abſque murorum ambitu facile quoſuis admit
hoſtes; ita otioſus animus in ignauo corpore, omnes pa
ſim recipit dæmonum ſuggeſtiones, & per eas ad grau
impellitur ſine aliquo negotio ſcelera. Quibus vt via
præcludant, & aditum clerici, & præſertim Canonici
ſacerdotes, poſt expleta chori officia lectioni ſacraru
literarum debent animum intendere, atque tam ſaluta
ſtudio totos dies occupari, quo nullum dari poteſt ſal
brius, aut gradui Canonicali, & ſacerdotali congruẽtiu

*Quid Canonicis & aliis clericis peractis in eccleſia diuinis agendum ſit.*

Hinc D. Ambroſius clericis, quos elegerat in miniſteri
Domini, ſcribens [c]: Cur non, inquit, illa tempora, quibu
ab eccleſia vacas, lectioni impendas? Cur non Chriſtum
reuiſas? Chriſtum alloquaris? Chriſtum audias? Illum al
loquimur, cùm oramus; illum audimus, cùm diuina le
gimus oracula. Sanctos item doctores, Hieronymum
Auguſtinum, Ambroſium, Chryſoſtomum, Gregorium,
Bernardum, Baſilium, & cęteros, qui ſacrę ſcripturæ, præ
ſertim in eccleſia legi, vel cani ſolitæ, ſenſum nobis ſuis
explanationibus aperuerunt, euoluere, ac perlegere ſtu
deant; ex quibus rectam eius aſſequantur intelligẽtiam.
Nam, vt D. Hieronymus ait [d], ſcientia pietatis eſt, noſſe

*c lib. 1. offic. cap. 10. Chriſtum alloquimur cùm oramus: illũ audimus, cùm ſacram ſcripturã legimus.*

*d in epiſt. ad Tit. cap. 1. & in c. ſi quis. diſtinct. 37.*

legem,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

legem, intelligere prophetas, euangelio credere, Apoſtolos non ignorare. Sed vt D. Clemēs monet [a], diligenter obſeruandum eſt, vt lex Dei cùm legitur, non ſecundum propriam ingenij virtutem, vel intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in ſcripturis diuinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quē ſibi vnuſquiſque ſponte pręſumpſerit; ſed non oportet. Non enim ſenſum extrinſecus alienum & extraneum debetis quærere, vt ipſum quoquo modo ex ſcripturarū auctoritate cōfirmetis; ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis oportet. Et ideo oportet ſcientiam ab eo diſcere ſcripturarum, qui eam à maioribus ſecūdum veritatem ſibi traditam ſeruat, vt & ipſe poſſit eam, quam rectè ſuſceperit, competenter aſſerere. Cùm enim ex diuinis ſcripturis integram quiſq;, & firmam regulam veritatis ſuſceperit, abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus ſtudiis, quæ fortè etiam in pueritia attigit, ad aſſertionem veri dogmatis conferat: Ita tamē, vt vbi vera didicit, falſa & ſimulata declinet.

*a epiſt. 5. et in c. relatū, diſt. 37.*

*Scriptura ſacra quomodo legi, vel doceri debeat.*

*Sciētia ſcripturarum à quo diſcenda ſit.*

Quomodo autē nos gerere, & quid facere debeamus, occurrentibus in ſacra ſcriptura locis difficilioribus, quę intelligere non poſſumus, pulchrè admodū docuit Origenes [b], nos ad aſſiduam ſacræ ſcripturæ lectionem, & ſtudium exhortans; Conabimur, inquit, nos cōſolationis communis cauſa, ne fortè tædio efficiatur auditoribus ſermo diuinus, & lectio, ſi nihil explanationis accipiat, orantibus vobis, & Domino donante hæc interim de iſtiuſmodi lectionibus perſtringere, quæ ædificare poſſint animas noſtras. Si qua autem ſunt, quæ nos ad præſens ſentire non poſſumus, vel vos nondum poteſtis audire, ex his tamen quæ diſſerimus correctiores, atque emendatiores redditi, etiam illa, quæ nunc capere non poſſumus, meliores effecti comprehenſuros nos ſperare debemus. Et quidem optimum erit hæc aſſequi, dum in hac vita ſumus, vbi laboris præmiū iuſtum eſt, ſi minus, poſt obitum fortaſſe innoteſcent iis, qui merebuntur. Veruntamen etiam illud admoneo, non parū ex hoc vtilitatis animæ conferri, quod aures noſtras, licet obſcura videantur, penetrant. Si enim creditum eſt à gentibus, quod quædam carmina, quas præcantationes appellant,

*b Homil. 20. in cap. 15. Ieſu Naue.*

*Vitæ bonitas ad ſcripturæ intelligentiam conducit.*

*Præcantationum effectus.*

quibus iſtud artis eſt, inſuſurrãtes nominibus quibuſdam compellatis, quæ ne illi quidem, qui inuocant, norunt, et ſolo vocis ſono, vel ſopiantur ſerpentes, vel etiam de cauernis protrahantur abſtruſi; ſæpe autem & in corporibus humanis tumores, aut alia huiuſcemodi voce ſola reprimere dicũtur, interdum etiam animæ ſtuporem quendam ſenſus infligere, vbi tamen Chriſti non reſtiterit fides; quanto magis totius præcantationis, & carminis, validiorem, & potentiorem ducendam credimus quamcumque illam ſcripturę ſanctæ, vel ſermonum, vel nominum appellationem? Sicut enim apud infideles contrariæ virtutes (id eſt diaboli) audientes illa, vel illa nomina in carminibus, vel præcantationibus, adſunt, & exhibent famulatum, & dant operam in hoc, ad quod inuocari ſe ex illo, vel ex illo nomine ſenſerint, officij ſui rem quodammodo, ac miniſterij, cui ſemetipſos mancipauerint dependentes: eò magis vtique cæleſtes virtutes, & angeli Dei, qui nobiſcũ ſunt, ſicut Dominus de paruulis Eccle-

a Matth.18. ſiæ dicit [a]; quia angeli eorum ſemper aſſiſtũt in conſpectu Domini, videntes faciem eius, libenter, & gratè accipiũt, ſi ſemper verba ſcripturæ, & horum nominum appellationes, velut carmina quædam & præcantationes, ex ore noſtro promamus. Quia etſi nos non intelligimus, quæ de ore proferimus, illæ tamẽ virtutes, quæ nobis adſunt, intelligunt, & velut carmine quodam inuitatæ adeſſe nobis, & ferre auxilium delectantur.

Quod autem ſunt non ſolùm circa nos multæ diuinæ virtutes, ſed etiam intra nos, indicat propheta, cùm dicit

b Pſal.104. in pſalmis [b]; Benedic anima mea Dominum, & omnia interiora mea nomen ſanctum eius, hoc eſt, omnia, quæ intra me ſunt. Conſtat ergo multas eſſe virtutes intra nos, quibus vel animarum noſtrarum vel corporũ cura permiſſa eſt, quæ vtique, ſi ſanctæ ſcripturę legãtur à nobis, delectantur, & validiores erga noſtri diligentiam fiunt, ſi linguis loquamur, & ſpiritus noſter oret, ſenſus autem noſter ſine fructu ſit. Dixit enim hoc & ſanctus

c 1. Corint.14. Apoſtolus [c], & mirum quodãmodo myſteriũ humanis auribus prætulit, dicens aliquando fieri poſſe, vt ſpiritus, qui in nobis eſt, oret; & ſenſus noſter ſine fructu ſit. Intellige ergo ex hoc, quia fit aliquãdo noſter quidem ſenſus

ſine

ſine fructu;ſpiritus autem,id eſt, virtutes iſtæ,quæ animę noſtræ in adiutorium datæ ſunt, paſcuntur, & reficiuntur ex auditu ſcripturæ ſanctæ, velut ex diuinis & rationabilibus cibis.

Quid dico, quia diuinæ virtutes paſcantur, & epulentur in nobis, ſi nos verba diuinæ ſcripturæ proferamus ex ore? Ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſi nos inueniat his vacantes, & huiuſcemodi ſtudiis, & exercitiis operam dantes, non ſolùm paſci, & refici dignatur in nobis, verum etiã ſi has epulas apud nos viderit apparatas, patrem ſecum dignatur adducere. Sed hæc quia ſatis magna, & ſupra hominẽ videntur, non meis tibi, ſed ipſius Domini & Saluatoris ſermonibus comprobentur dicentis[a]; Amen dico vobis, quia ego & pater veniemus, & manſionem faciemus, & cœnabimus apud eum. Quem? illum profectò qui ſua mandata cuſtodit. Sed ſicut diximus, quia quemadmodum ex huiuſcemodi meditationibus, diuinarum erga nos virtutum conſortia, & officia prouocamus; ita è contrario malignarum virtutum inſidias, & peſſimorum dæmonum incurſiones ex huiuſcemodi ſermonum, & nominum appellationibus effugamus. Verbi gratia, vt ſi quis veſtrum aliquãdo perſpexit præcantationibus ſopitũ ſerpentem portari in manibus, vel protrahi de cauernis nihil valentem nocere venenis, vtpote incantationis virtute torpentibus; ita etiã lectionis diuinæ virtute, ſi quis intra nos eſt contrariæ poteſtatis ſerpens, ſi quis ad inſidiandum coluber latet, ſi patienter feras, ſi nõ tædio fatigatus auertas auditũ, ſcripturæ carminibus, & diuini ſermonis aſſiduitate depellitur.

*Quam gratũ ſit Chriſto ſtudiũ ſacræ ſcripturæ.*

*a Ioan. 14.*

*Effectus ſtudiorum ſacræ ſcripturæ.*

Si ergo vides aliquando legis ſcripturam in auribus tuis, quam non intelligis, & ſenſus tibi videtur obſcurus, interim hanc primam ſuſcipe vtilitatem, quod ſolo auditu velut præcantatione quadam noxiarum virtutum, quæ te obſident, & quæ tibi inſidiantur, virtus depellitur, & fugatur. Obſerua tantum ne efficiaris ſicut aſpides ſurdæ, & obturantes aures ſuas[b], ne audiant vocem incantationis, & veneficij quod incantatur à ſapiente. Verbi cauſa, eſt carmen quod præcantatur à ſapiente Moyſe, & quod præcantatur à ſapiente Ieſu Naue, & quod præcantatur, & canitur

*Verba ſacra etiam nõ intellecta, quã habeant efficaciã.*

*b Pſal. 57.*

à ſapientibus omnibus prophetis. Ne igitur faſtidium capiamus audientes ſcripturas, etiam ſi non intelligamus, ſed fiat nobis ſecundum fidem noſtram credentibus. Quia omnis ſcriptura diuinitus inſpirata eſt, & vtilis; etiam ſi non ſentiamus vtilitatem, credere tamen debemus, quia vtilis eſt. Solent medici præbere interdum cibum aliquem, interdum etiam potum dare ad diſcutiendam caliginem viſus; nec tamen in edēdo ipſo cibo, vel in potando ſentimus quia vtile eſt, & prodeſt oculis; ſed cum tranſierit viſum, cibi illius, aut poculi virtus paulatim purgat aſpectū, & tunc demum ſentire incipimus, quia cibus ille, vel potus profuit oculis. Sed & in aliis ſimiliter corporis partibus eadem fieri ſolent. Hoc ergo modo credendū eſt etiam de ſcriptura ſancta, quia vtilis eſt, & animæ prodeſt, etiam ſi ſenſus noſter ad preſens intelligentiam non capit: quoniā, vt diximus, & bonæ virtutes, quæ nobis adſunt, reficiūtur in his ſermonibus, & paſcuntur; & contrariæ torpeſcunt his meditationibus, & effugantur.

*Omnis ſcriptura ſacra etiam non intellecta vtilis eſt nobis.*

Quare etſi non omnia ſemper ſcripturarum loca intelligimus, non tamen idcirco illarum lectionem & ſtudiū prorſus omittere, vel negligere debemus. Sed hoc vnum vehementer nunc eſt deplorandū, quod multi viri docti, qui illas legentes intelligere putantur, earum lectione ad Dei cognitionem non perueniant, nec illum inueniant. Qui enim, vt D. Ioan. Chryſoſtomus ait [a], legēs de Deo, vult inuenire, & cognoſcere Deum, feſtinet viuere dignè Deo, & ipſa conuerſatio bona, fit quaſi lampadis lumen ante oculos cordis eius, viam veritatis aperiēs: qui autē non feſtinat viuere dignè Deo, legēs non Deū quærit ad ſalutem ſuam, ſed ſcientiam Dei ad gloriam vanam. Ideo etſi ſemper legat, nunquā inuenit. Putas ſacerdotes Sadducæorum, Scribas, & Phariſæos non legiſſe ſcripturas? Legerunt quidem, ſed cognoſcere non poterant Deum in eis, quia nolebant viuere dignè Deo. Nec enim poterant ſua verba docere, quos mala opera docebant. At nō bonos tantum nos eſſe iuſſit Chriſtus, ſed & prudentes. Vtamur ergo cum ſimplicitate prudentia in doctrina & vitæ integritate; atque in ſcripturis omnibus ſedulam inquirendi diligētiam, quare dicta ſint, adhibeamus. Neq;

*a Hom. 42. in Matth. in opere imperf.*

*Intelligentia ſcripturarum bonā in lectore requirit vitā.*

Exiſti-

exiſtimemus ſatis nobis ad excuſationem eſſe ignorantiam, & ſimplicitatem[a].

*a idem Hom. 38. in Ioãnem.*

Inſuper decreta ſanctorum Patrum, Pontificũ, & conciliorum canones de clericorum vita, & honeſtate inſtituenda tractantia aſſidua manu verſare non negligant Nam à Damaſo Papa conſtitutum legitur[b]: Omnia decretalia cunctorum prædeceſſorum noſtrorũ ſtatuta, quæ de eccleſiaſticis ordinibus, & canonum ſunt promulgata diſciplinis, ita ab omnibus Epiſcopis ac ſacerdotibus generaliter cuſtodiri debere mandamus, vt ſi quid in illa commiſerint, veniam ſibi honoris deinceps nouerint denegari. Et Nicolaus Papa vniuerſali Synodo præſidens dixit[c]: Si quis dogmata, mandata, interdicta, ſanctiones, vel decreta pro catholica fide, vel eccleſiaſtica diſciplina, pro correctione imminentium, vel futurorum malorum à ſedis Apoſtolicæ Præſule ſalubriter promulgata contempſerit, anathema ſit. In concilio verò vniuerſali Chalcedonenſi habetur[d]: A ſanctis Patribus in vnaquaque Synodo vſque nunc prolatas regulas tenere ſtatuimus. Cui conſonat & ille canõ concilij œcumenici octaui[e]: Regulas, quæ ſanctæ catholicæ & Apoſtolicæ, tam à ſanctis Apoſtolis, quàm ab orthodoxorum vniuerſalibus, necnon & localibus conciliis, vel etiam à quolibet Deiloquo patre ac magiſtro, Eccleſiæ traditæ ſunt, ſeruare, ac cuſtodire profitemur: quibus & propriã vitam, & mores, & omnem ſacerdotij catalogum regamus. Sed & omnes, qui Chriſtiano cẽſentur vocabulo, damnationibus, & iuſtificationibus, quæ per illas prolatæ ſunt, canonicè ſubijci decernimus. Tenere quippe traditiones, quas accepimus ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam Sanctorum, qui ante fuerunt, Paulus apertè admonet[f]. Innocentius verò tertius in concilio generali expreſsè quoq; ſanxit, vt clerici ſe in officiis eccleſiaſticis, & aliis bonis ſtudiis exerceant diligenter[g]. Et in concilio Cabilonenſi ſecũdo, ſub Imperatore Carolo magno habito[h]: Decreuimus, inquiunt Patres, iuxta ſanctorum canonum conſtitutionem, & cæterarum ſcripturarum ſanctarum doctrinam, vt Epiſcopi aſſidui ſint in lectione, & ſcrutentur myſteria verborũ Dei, quibus in Eccleſia doctrinæ fulgore ſplendeant, & verborũ Dei alimentis animas

*Decreta, et canones clerici ſcire, & obſeruare tenentur.*

*b c. omnia. 25. q. 1.*

*c c. ſi quis, 25. q. 2.*

*d cap. 1. & c. à ſanctis. 25. q. 1.*

*e Conſtãtinop. 4. cap. 1.*

*f 2. Theſſal. 2.*

*g c. clerici. de vita et honeſt. cleric.*

*h cap. 1. & 2.*

*Epiſcopi aſſidui ſint in lectione ſacræ ſcripturæ & canonum.*

 ſibi

ſibi ſubditas ſatiare non ceſſent, & cum Dauid quotidi
*a Pſal.118.* dicant [a]: Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabili
de lege tua, ita videlicet, vt illas ſcripturas notiſſima
habeant, quæ catholicæ appellantur: & earum ſenſum p
Patrum tractatus inquirant. Canones quoque intelligāt,
& librum B. Gregorij Papæ de cura paſtorali, & ſecundū
formam ibidem conſtitutam, & viuant, & prædicent.
Vt ea, quæ legendo perſcrutantur, opere compleāt, iuxta
*b Actor.1.* illud [b]: Cæpit IESVS facere, & docere. Et illud [c]: E
*c Pſal.118.* memoriam tenentibus, vt faciant ea. Et illud [d]: Beati qu
*d Rom.2.* ſcrutantur teſtimonia eius, in toto corde exquirunt ea
Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambu
*e d. cap. 2. Rom.* lauerunt. Et [e]: Quia non auditores legis, ſed factores iu-
ſtificabuntur. Et [f]: Regnum Dei non in ſermone, ſed i
*f 1. Corinth.15.* opere. Et ſint ſubditis norma viuendi; ita videlicet, vt &
verbis, & exemplo populo ad æternam patriam per
genti ducatum præbeant; vt vita eorum, & doctrina ne-
quaquam diſcordent: ſed quæ dicunt, faciant, & quæ fa-
ciunt, docere ſtudeant. Et prædicatione aſſidua plebem
admoneant: & falſæ iuſtitiæ à credentium mentibus vi-
tiorum ſpinas eradicent, & verbi Dei ſemine agros men-
tis eorum ad fœcunditatem perducāt. Et infra in eodem
*g cap.37.* concilio [g]: Cùm igitur omnia concilia canonum, qui re-
cipiuntur, ſint à ſacerdotibus legenda, & intelligenda, &
per ea ſit eis viuendum, & prædicandum: neceſſarium
*Concilia à ſacerdotibus bene legenda, & intelligenda ſunt.* duximus, vt ea, quæ ad fidem pertinent, & vbi de extir-
pandis vitiis, & plantandis virtutibus ſcribitur, hoc ab
eis crebro legatur, & bene intelligatur, & in populo præ-
dicetur. Huc pertinet & illud, quod in concilio Magun-
*h cap.10.* tiaco primo de clericis ſtatutum fuit [h]: His lege Patrum
cauetur, vt vulgari vita ſecluſi à mundi voluptatibus ſe
abſtineāt; in doctrina, & lectionibus, pſalmis, & hymnis,
& canticis exercitio iugi incumbant. Tales enim debent
eſſe, qui diuinis cultibus ſe mancipandos ſtudent exhibe-
re, ſcilicet, vt dum ſcientiæ operam dant, doctrinæ gra-
*i cap.8.* tiam populo adminiſtrent. In Synodo verò Rhemenſi [i]
lecti ſunt ſancti canones, vt quiſque Canonicus legem
vitamque ſuam minimè ignoraret.

*k cap.34. an. Dn.1524.* Et in reformatione cleri Germaniæ ab Apoſtolicæ ſe-
dis Legato inter alia ſtatutum hoc fuit [k]: Sunt pleraque

alia à ſummis Pontificibus, ſacris conciliis, prouincialibusque & ſynodalibus conſtitutionibus prodita, quæ mirè decent, & adornant candorem vitæ clericalis, nec minus obuiant offendiculis, quæ Chriſtus paſſim cauenda præcepit, quæ velut ſancta teneri, & obſeruari mandamus, tranſgreſſores ſecũdum canones ipſos, prædictaſque conſtitutiones puniri volentes. Qui verò ſacris obedire canonibus neſcit, hic iuxta ſanctionem B. Gregorij Papæ, nec ſacris miniſtrare altaribus, nec cõmunionem capere ſit dignus [a].

*a c. hac conſona. 25. q. 1.*

Poſtremò in ſtatutis pro cleri reformatione à Pio V. editis habetur: Inhærentes præterea concilij Tridentini decretis, per viſcera miſericordiæ IESV Chriſti Domini noſtri vehementer hortamur presbyteros, vt ſingulis dominicis, & aliis feſtis diebus, niſi iuſtè impediantur, ſalutare miſſæ ſacrificium faciant: Diaconos & Subdiaconos, vt bis ſingulis menſibus, & ſemper cùm miſſæ ſacrificio inſeruient: clericos denique & inferiorum ordinum gradibus initiatos, vt ſaltem ſemel ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum ſumant: Diuinam ſcripturam aſſiduè ſcrutentur, ſacros ſanctorum Patrum libros in manibus habeant, ex quibus vitalibus, & perennibus fontibus ſalutaris doctrinæ, & vitæ præcepta, & exempla hauriant.

*Quando, & quoties ſacerdotibus ſit celebrandum, & aliis clericis communicandum.*

*Cur clericis ſacri libri ſint legendi.*

Ad hæc autem pia, & ſancta ſtudia libentius, & alacrius capeſſenda, omnes clericos allicere, & inuitare debet, quod primus ille honeſtatis fons, & origo in veri cognitione conſiſtens, ſapientia nimirum, & prudentia, maximè naturam attingat humanam: qua omnes trahimur & ducimur, vt ipſe teſtatur Cicero [b], ad cognitionis, & ſcientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus: labi autem, errare, neſcire & decipi, & malum, & turpe ducimus. In hoc autem genere & naturali, & honeſto duo vitia vitanda ſunt. Vnum ne incognita pro cognitis habeamus, hiſq; temerè aſſentiamus. Quod vitiũ effugere qui volet (omnes autem velle debebunt) adhibebit ad conſiderandas res, & tempus, & diligentiam. Alterum eſt vitium, quod quidam nimis magnum ſtudium, multamq; operam in res obſcuras atque difficiles conferunt, eaſdẽ non neceſſarias. Quibus vitiis declinatis,

*Honeſtatis fons quis ſit.*

*Ad diſcendum humanæ naturæ propenſio.*

*b 1. lib. offic.*

*Vitia in diſcẽdo fugienda.*

quod in rebus honeſtis, & cognitione dignis operæ, cu-
ræque ponetur, id iure laudabitur.

*Ethnicorũ ſacerdotes ſapiẽtia, & ſcientia claruerunt.*

*a Clichth. in opuſc. de vita & mor. ſacer. cap. 8.*

Certè Ethnicorum, & gentilium ſacerdotes, & alij eo-
rum ſacrificiis peragendis deſtinati, leguntur inſigni do-
ctrina ſupra alios ſuæ nationis ſemper effloruiſſe [a]. Apud
AEgyptios enim, ſacerdotes negotiorũ ſecularium cura
liberi fuerunt, à Regibus annona illis ad victũ aſſignata,
quo rerum arduarum contẽplationi vacarent: à quibus
artes mathematicæ primùm inuentæ ſunt: fuitque adeo
illuſtris, & celebris eorum in toto orbe ſapientia, vt Ly-
curgus Lacedęmonius, Pythagoras Samius, Plato Athe-
nienſis, Democritus Abderites, & fere omnes Græci, qui
ſingulari claruerunt doctrina, in AEgyptum, ad ſacerdo-
tes profecti ſint, vt morum inſtituta, & diſciplinam illo-
rum perciperent. Sic apud Babylonios Chaldæi eorum
ſacerdotes illum locũ in ſua republica, quem AEgyptio-
rum ſacerdotes, quondam habuerunt. Ad cultum enim
deorum, vt Diodorus Siculus auctor eſt, deputati per
omnem vitam philoſophari ſolebant. Apud Perſas item
Magi illorum ſacerdotes maximo in pretio fuêre, & id
nomen à magnitudine ſcientiæ ſunt aſſecuti. Ab illis au-
tem profluxerunt Indorũ gymnoſophiſtæ, qui ab omni
opere immunes, ſoli rerum contemplationi, & ſcientiæ
fuerunt intenti, & ſacrificiorum diis offerendorum curã
habuerunt. Præterea apud Græcos ſacerdotium fere phi-
loſophiæ coniunctum fuit, & ſacerdotes ibidem aut phi-
loſophi fuerunt, aut ſapientiæ ſtudio intenti. Denique
apud Gallos Druidæ olim ſacerdotes habebantur rerum
omnium peritiſſimi. Qui, vt refert Iulius Cæſar [b], rebus
diuinis intereſſe, ſacrificia publica, ac priuata procurare,
& religiones interpretari ex officio habebant. Ad eos
magnus adoleſcentum numerus diſciplinæ gratia con-
currere tum ſolebat. Multa de animæ immortalitate, de
ſideribus, ac eorum motibus, de mundi ac terrarum ma-
gnitudine, de rerum natura, de deorũ immortalium vi,
ac poteſtate diſputare, ac iuuentuti tradere ſunt ex more
conſueti, vt ex his intelligamus, illos egregia polluiſſe
doctrina. Sed quorſum hæc? Quò commonſtremus &
Chriſtianos ſacerdotes, aliosque diuinis ſacrificiis pera-
gendis mancipatos, diuinæ ſapientię ſtudio gnauiter in-

*b lib. 6. comment. de bel. Gal.*

tentos

tentos eſſe debere, cùm viderint ethnicos, & idolorum cultores tantam doctrinæ, & eruditionis curam ſimul & excellentiam habuiſſe; erubeſcãtque ab illis ſuperari diligentia percipiendæ doctrinæ, quos longè antecedunt pia religionis ſinceritate, & veritatis agnitione, habentes ſanctum Dei veri cultum, cuius illi erant prorſus expertes, & ignari. Elaborandum itaque eſt omnibus clericis, & præſertim Canonicis, atque ſacerdotibus, vt ignorantiam à ſe quaſi quandam peſtem abijciant. Licet enim ſeruus neſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens, dicatur vapulare paucis: non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ait enim Apoſtolus [a]: Qui ignorat, ignorabitur. Quod de eo intelligendum eſt, qui noluit intelligere, vt bene ageret [b], vnde D. Auguſtinus [c]: Non omnis, inquit, qui ignorat immunis eſt à pœna. Ille enim ignorãs poteſt excuſari à pœna, qui, quod diſceret, non inuenit. Illis autem hoc ignoſci non poterit, qui habentes à quo diſcerent, operam non dederunt.

*Ignorantia clericis quaſi peſtis fugienda.*

a 1. *Corint.* 14.

b *c. ideo.* §. *fin. diſt.* 37.

c *c. fin. d. diſtinct.* 37.

## *De clericorum ſeminario.* CAPVT VI.

CVM adoleſcentium ætas, niſi rectè inſtituatur, prona ſit ad mundi voluptates ſequendas [d], & niſi à teneris annis ad pietatem, & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines poſſideat, nunquam perfectè, ac ſine maximo, & ſingulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in diſciplina eccleſiaſtica perſeueret, ſancta Tridẽtina Synodus ſtatuit [e]: vt ſingulę cathedrales, Metropolitanę, atque his maiores eccleſiæ, pro modo facultatum; & diœceſis amplitudine certum puerorum ipſius ciuitatis, & diœceſis, vel eius prouinciæ, ſi ibi non reperiantur, numerum, in collegio ad hoc prope ipſas eccleſias, vel alio in loco conuenienti ab Epiſcopo eligendo, alere ac religioſè educare, & eccleſiaſticis diſciplinis inſtituere teneantur. In hoc verò collegio recipiantur, qui ad minimum duodecim annos, & ex legitimo matrimonio nati ſunt, ac legere, & ſcribere competenter nouerint, & quorum indoles, & voluntas ſpem adferat, eos eccleſiaſticis miniſteriis perpetuò inſeruituros. Pauperum autem filios præcipuè eligi vult; nec tamen ditiorum excludit, modò ſuo ſumptu

d *c. omnis.* 12. *q.* 1. *Gen.* 6. *Prouerb.* 11. *Concil. Aquiſgra.* 1. *cap.* 133. *Toleta.* 4. *cap.* 23. *Lateranẽſ. ſub Leone* 10. *ſeſſ.* 9.

e *Seſſ.* 23. *de reform. cap.* 18. *c.* 1. & 2. *c. quia de magiſtris.*

*Quales in Seminarium recipiendi ſint.*

alantur, & ſtudium præ ſe ferant Deo, & Eccleſiæ inſ uiendi, Hos pueros Epiſcopus in tot claſſes, quot ei vid bitur, diuiſos, iuxta eorũ numerum, ætatem, ac in diſc plina eccleſiaſtica progreſſum, partim, cùm ei oppor num videbitur, eccleſiarum miniſterio addicet: partir in collegio erudiendos retinebit, aliosque in locum edu ctorum ſufficiet: ita vt hoc collegium Dei miniſtroru perpetuum ſeminarium ſit. Vt verò in eadem diſciplin eccleſiaſtica commodius inſtituantur, tonſura ſtatim, at que habitu clericali ſemper vtentur: Grammatices, can tus, computus eccleſiaſtici, aliarumque bonarum artium diſciplinam diſcent: ſacram ſcripturam, libros eccleſiaſti cos, Homilias Sanctorum, atque ſacramentorum traden dorum, maximè quæ ad confeſſiones audiẽdas videbun tur opportuna, & rituum, ac cæremoniarum formas edi ſcent. Curet Epiſcopus, vt ſingulis diebus miſſæ ſacrif cio interſint, ac ſaltẽ ſingulis menſibus confiteantur pec cata; & iuxta confeſſoris iudiciũ ſumant corpus Domin noſtri IESV Chriſti: cathedrali, & aliis loci eccleſiis di bus feſtiuis inſeruiant. Quæ omnia, atque alia ad hanc rem opportuna, & neceſſaria Epiſcopi ſinguli cũ conſilio duorum Canonicorum ſeniorum, & grauiorũ, quos ipſi elegerint, prout Spirituſſanctus ſuggeſſerit, conſtituent, eaque, vt ſemper obſeruentur, ſæpius viſitando operam dabunt. Diſcolos & incorrigibiles, ac malorum morum ſeminatores acriter punient, eos etiam, ſi opus fuerit, ex pellendo: omniaque impedimenta auferentes, quęcumq; ad conſeruandum, & augendum tam pium, & ſanctum inſtitutum pertinere videbuntur, diligenter curabunt.

*Quomodo pueri in ſeminario inſtitui debeãt. Ad iuuẽtutem hanc rectè, piè & Chriſtianè erudiendam, plurimũ profuerint libri inſtitutionum ſcholaſticarũ, per Simonem Verripæum conſcripti.*

*Vnde ſumptus ſeminarij inſtituendi & conſeruãdi parari & deſumi debeant.*

Et quia ad collegij fabricam inſtituendam, & ad mercedem præceptoribus, & miniſtris ſoluẽdam, & ad alendam iuuentutem, & ad alios ſumptus certi reditus erunt neceſſarij: vltra ea, quæ ad inſtituendos, vel alendos pueros ſunt in aliquibus eccleſiis, & locis deſtinata, quæ co ipſo huic ſeminario ſub eadem Epiſcopi cura applicata cenſeantur, iidem Epiſcopi cum conſilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Epiſcopo, alter ab ipſo Capitulo eligatur, itemq; duorum de clero ciuitatis, quorum quidem alterius electio ſimiliter ad Epiſcopum, alterius verò ad clerum pertineat: & ex fructibus integris menſæ

Epiſco-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epiſcopalis, & Capituli, & quarumcumque dignitatum, perſonatuum, officiorum, præbendarum, portionum, abbatiarum, & prioratuum cuiuſcumque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis vel conditionis fuerint, & hoſpitalium, quæ dantur in titulum, vel adminiſtrationem, iuxta conſtitutionem concilij Viennenſis, quæ incipit: Quia contingit[a]: & beneficiorum quorumcumque, etiã regularium, etiam ſi iuris patronatus cuiuſcumque fuerint, etiam ſi exempta, etiam ſi nullius diœceſis, vel aliis eccleſiis, monaſteriis, & hoſpitalibus, & aliis quibuſuis locis piis etiam exemptis, annexa, & ex fabricis eccleſiarum, & aliorum locorum, etiam ex quibuſcumque aliis eccleſiaſticis reditibus ſeu prouentibus, etiam aliorum collegiorum, in quibus tamen ſeminaria diſcentium, vel docentium ad commune Eccleſię bonum promouẽdum actu non habentur (hæc enim exempta eſſe voluit) præterquam ratione redituũ, qui ſuperflui eſſent vltra conuenientem ipſorum ſeminariorum ſuſtentationem, ſeu corporum, ſeu confraternitatum, quæ in nonnullis locis ſcholæ appellantur, & omnium monaſteriorum, non tamen mendicantium, etiam ex decimis quacũque ratione ad laicos, ex quibus ſubſidia eccleſiaſtica ſolui ſolent, & milites cuiuſcumque militiæ, aut ordinis pertinentibus, fratribus ſancti Ioannis Hieroſolymitani duntaxat exceptis, partem aliquam, vel portionem detrahent: & eam portionem ſic detractam; necnon beneficia aliquot ſimplicia, cuiuſcumque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam pręſtimonia, vel præſtimoniales portiones nuncupatas, etiam ante vacationem, ſine cultus diuini, & illa obtinentium præiudicio, huic collegio applicabũt, & incorporabunt. Quod locum habeat etiam ſi beneficia ſint reſeruata, vel affecta: nec per reſignationem ipſorũ beneficiorũ, vniones, & applicationes ſuſpẽdi, vel vllo modo impediri poſſint, ſed omnino quacumq; vacatione, etiã ſi in curia effectum ſuum ſortiãtur, & quacumq; conſtitutione non obſtante. Ad hanc autem portionem ſoluendã beneficiorũ, dignitatum, perſonatuũ, & omniũ, & ſingulorum ſupra cõmemoratorum poſſeſſores, nõ modo pro ſe, ſed pro pẽſionibus, quas aliis forſan ex dictis fructibus ſoluerent, retinendo tamen pro rata, quicquid pro dictis penſio-

a *Cle. quia cõtingit. de religioſ. domib.*

penſionibus illis erit ſoluendum, ab Epiſcopo loci, p
cenſuras eccleſiaſticas, ac alia iuris remedia cōpellan
etiam vocato ad hoc, ſi videbitur, auxilio brachij ſe
laris: quibuſuis quò ad omnia & ſingula ſupradicta, p
uilegiis, exemptionibus, etiam ſi ſpecialem derogatio
requirēt, conſuetudine etiam immemorabili, quauis a
pellatione, & allegatione, quę executionē impediat, no
obſtantibus. Succedente verò caſu, quo per vniones e
fectum ſuum ſortientes, vel aliter, ſeminarium ipſum i
totum, vel pro parte remittatur: quòd ſi cathedralium
& aliarum maiorum eccleſiarum Prælati in hac ſem
narij erectione, eiusq; conſeruatione negligentes fueri
ac ſuam portionem ſoluere detrectauerint: *Epiſcopu
Archiepiſcopus, Archiepiſcopum & Superiores Synod
prouincialis acriter corripere, eosque ad omnia ſupr
dicta cogere debeat: & vt quamprimum hoc ſanctum
& pium opus, vbicumque fieri poterit, promoueatu
ſtudiosè curabit. Rationes autem redituum huius ſem
narij Epiſcopus annis ſingulis accipiat, præſentibus du
bus à Capitulo, & totidem à clero ciuitatis deputatis.

*Rationes redituum ſeminarij, quibus reddi debeant.*

Deinde, vt cum minori impenſa huiuſmodi ſcholis in
ſtituendis prouideatur, ſtatuit ſancta Synodus, vt Ep
ſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & alij locorū Ordinari
ſcholaſterias obtinentes, & alios, quibus eſt lectionis ve
doctrinę munus annexum, ad docendum in ipſis ſchol
inſtituendos, per ſe ipſos, ſi idonei fuerint, alioquin pe
idoneos ſubſtitutos, ab eiſdem ſcholaſticis eligendos, &
ab Ordinariis approbandos, etiam per ſubtractionem
fructuum, cogant, & compellant. Quod ſi iudicio Ep
ſcopi digni non fuerint, alium, qui dignus ſit, nominent
omni appellatione remota. Quod ſi neglexerint, Epiſco
pus ipſe deputet. Docebūt autem prædicti, quæ videbun
tur Epiſcopo expedire. De cętero verò officia, vel digni
tates illæ, quæ ſcholaſteriæ dicūtur, non niſi Doctoribus,
vel magiſtris aut Licentiatis in ſacra pagina, aut in iure
Canonico, & aliàs perſonis idoneis, & qui per ſe ipſos
id munus explere poſſint, conferātur: & aliter facta pro
uiſio nulla ſit, & inualida: non obſtantibus quibuſuis
priuilegiis, & cōſuetudinibus, etiam immemorabilibus.

*Scholaſticorum officium in vſum, & obſeruationem reuocandum.*

*Quæ doceri et prælegi à ſcholaſticis debeāt. Sch. laſteriæ, quibus conferendæ ſint,*

Si verò in aliqua prouincia eccleſiæ tanta paupertate
labo-rent,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

laborent, vt collegiũ in aliquibus erigi non poſſit: Synodus prouincialis, vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus ſuffraganeis in eccleſia Metropolitana, vel alia prouinciæ eccleſia cõmodiori vnum, aut plura collegia, prout opportunum iudicabit, ex fructibus duarum, aut plurium eccleſiarum, in quibus ſingulis collegium commode inſtitui non poteſt, erigenda curabit, vbi pueri illarum eccleſiarum educentur.

*In prouincia vbi Eccleſiæ pauperes ſunt quomodo erigendum ſeminarium.*

In eccleſiis autem amplas diœceſes habentibus, poſſit Epiſcopus vnum, vel plura in diœceſi, prout ſibi opportunum videbitur, habere ſeminaria; quæ tamen ab illo vno, quod in ciuitate erectum, & conſtitutum fuerit, in omnibus dependeant.

*In quibus diœceſibus plura ſint erigenda ſeminaria.*

Poſtremò, ſi vel pro vnionibus, ſeu pro portionũ taxatione, vel aſſignatione, & incorporatione, aut qualibet alia ratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam huius ſeminarij inſtitutio, vel conſeruatio impediretur, aut perturbaretur: Epiſcopus cum ſuprà deputatis, vel Synodus prouincialis pro regionis more, pro eccleſiarum, & beneficiorum qualitate, etiam ſupraſcripta, ſi opus fuerit, moderando, aut augẽdo, omnia, & ſingula, quæ ad felicem huius ſeminarij profectum neceſſaria, & opportuna videbuntur, decernere, ac prouidere valeat.

*Difficultates ſuper erectione, aut cõſeruatione ſeminariorũ ortæ à quibus ſopiri & decidi debeant.*

Hanc autem ſeminarij inſtitutionem cum Archiepiſcopi, & Epiſcopi harum prouinciarum animaduerterẽt non modò perutilem fore ſuis eccleſiis, verumetiam eiſdem eſſe neceſſariam, hæc de illa in prouinciali Synodo Cameracenſi ſtatuta legũtur: Cum ad hæreſes extirpandas, & reddendum Eccleſiæ Dei priſtinum ſuum nitorẽ, & clero, ſacerdotioque priſtinum ſuum decus, ac conſequenter, vt intra nõ multos annos Eccleſia mirè floreat, eruditione ſacra, pietate, vitaq́; puritate; habeantq́; ſingulæ diœceſes pleroſque omnes miniſtros bene idoneos ad laudabiliter obeundum munus ſuum, & non paucos excellentes eruditione, & pietate, nihil dici, aut cogitari poſſit exquiſitius illo decreto SS. Tridentinæ Synodi, quo iubetur, vt in ſingulis diœceſibus inſtituantur ſeminaria miniſtrorum: Atque adeo iam inde ab initio Eccleſiæ vix quicquam præclarius, aut efficacius inſtitutum eſſe videatur, ad reddendum Eccleſiæ Dei florẽtiſſimum

*Cenſura concilij Cameracenſis de ſeminarij inſtitutione.*

ſtatum

ſtatum literarum ſacrarum, cognitione, pietate, relig-
ne, vitæque puritate; ſanctiſſimum, & vtiliſſimum il-
decretum complectens ſancta Synodus vehemẽter h-
tatur, & obſecrat, omnes ordinis eccleſiaſtici viros, m-
ximeque eos, qui bonis eccleſiaſticis vtũtur, in hãc re-
& vtiliſſimam, & ſingularis apud Deũ, & homines m-
riti, omnes conatus intendant, quo breui perfici poſſi-
vberem ſegetem reipublicæ Chriſtianæ hæc literar-
ſeminaria proferant. Quæ vbi per ætatem maturue-
ornet Eccleſiã, & expleat horrea Domini: Neque en-
melius opes eccleſiaſticæ, neque ſanctius collocari p-
ſunt. Nam cùm ſint varia officiorum genera, quibus c-
ritas erga proximos exercetur: tamen hoc genus offi-
cæteris eſt maximè laudabile: In quo genere, cùm eccl-
ſiaſtici prælucere debeant cæteris; debent & ipſi in tan-
calamitate, ac neceſſitate promptum, hilarem, ac lib-
ralem animum præbere. Quare pręcipit ſancta Synodu-
vt quamprimum fieri poſſit, modus conſtituatur, fac-
omnium beneficiorum, atque eorum omnium, quoru-
decretum concilij Tridẽtini mentionem facit[a], æſtima-
tione, quò ad hæc ſeminaria ponenda, & conſtituend-
ſufficiens contributio fiat.

a Seſſ. 23. cap. 18.

Synodus verò prouincialis Mechlinienſis celebrata an-
no 1570: Ne diutius, vt pia, ita prorſus neceſſaria ſemi-
nariorum inſtitutio à concilio Tridẽtino decreta differ-
retur, ordinauit, & mandauit; vt vbi tunc illorũ inſtituti-
facta non erat, in proxima tum Synodo diœceſana, au-
aliàs commodiori tempore, ita tamen vt vltra ſex men-
ſes non differretur, Epiſcopi diœceſani omnia & ſinguli-
ad hanc rem opportuna, & neceſſaria conſtituerẽt, ſecun-
dum eiuſdem concilij Tridentini ordinationẽ: & prima
futura Synodus diœceſana non ſolueretur, donec certa
erigendi ſeminarij ratio in ſingulis diœceſibus foret con-
ſtituta.

*De ſermone, & quomodo diuidatur.* CAP. VII.

D. Ambroſius auſpicans ſecundum ſuum librum de officiis, quæ clericis, quos in miniſteriũ Domini elegerat, inculcare geſtiebat, atque infundere, (vt ea, quæ mentibus, atque moribus ipſorum vſu,

& inſti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& inſtitutione inolita, atque impreſſa erant, ſermone, ac diſciplina aperirentur[a]: ) Superiore, inquit, libro de officiis tractauimus, quæ conuenire honeſtati arbitrabamur, in qua vitam beatam poſitam eſſe minimè dubitamus, quam ſcriptura appellat vitam æternam [b]. In primo autē ſuo libro facta officij diuiſione: Nihil, ait [c], omnino, niſi quod deceat, & honeſtum ſit, futurorū magis, quàm præſentium metimur formula: nihilque vtile, niſi quod ad vitæ illius æternæ proſit gratiam, definiens, non quod ad delectationem præſentis; neque aliqua commoda in facultatibus, & copiis opum conſtituens, ſed incommoda hæc putans, ſi non reijciantur, eaque oneri magis, cum ſint, æſtimari; quàm diſpendio, cùm erogantur. Primum igitur officium ab honeſto, & decoro ductum dixit eſſe loquendi modum [d]. Hoc, inquit, ſacrificium laudis Deo dependitur. Hoc reuerentia exhibetur, cum ſcripturæ diuinæ leguntur. Hoc honorantur parentes. Scio pleroſque loqui, cum tacere neſciant. Rarum eſt tacere quenquam, cùm ſibi non proſit loqui. Sapiens, vt loquatur, multa prius conſiderat: Quid dicat, aut cui dicat, quo in loco, quo tempore. Eſt ergo & tacendi, & loquendi modus. Eſt etiam in factis modus. Ita ergo informati ſimus, vt bonarum rerum ſubeat animum cogitatio; appetitus autem rationi obtemperet. Si verò & illud decorum cuſtodiamus, animum volumus intendere, ne rationem excludat rei alicuius affectus, ſed ratio, quid honeſtati conueniat, examinet.

*a lib. 2. offic. cap. 6.*

*b lib. 2. cap 1.*

*c lib. 1. offic. cap. 9.*

*d d. lib. 1. cap. 10.*

*Primum officiū honeſtatis eſt loquendi modus.*

*Quæ ſapienti locuturo conſideranda ſint.*

Diuiditur autem ſermo in duo, videlicet, in colloquiū familiare, & in tractatum fidei. In vtroque ſeruandū, ne ſit aliqua perturbatio, ſed tanquam mitis, & placidus, & beneuolentiæ plenus, & gratiæ, ſine vlla ſermo ducatur contumelia [e]. Vox ſit ſimplex, & pura, ſit diſtincta pronunciationis modo, & plena ſucci virilis, vt agreſtem, ac ſubruſticū fugiat ſonum, nō vt rythmū affectet ſcenicū, ſed myſticū ſonet, ac ſeruet [f]. Tractatus verò ſeu doctrina fidei duplex eſt. Alius enim fit, dū in ſcholis publicis auditores de fide, & aliis ad doctrinam Chriſtianam pertinentibus inſtruuntur. De quo ſupra dictum eſt. Alius verò, qui in eccleſiis fit, populi potiſſimum inſtituendi, & erudiendi in fide, & iuſtitia cauſa, & eundē monendi,

*Diuiſio ſermonis.*

*e Amb. d. lib. 1. cap. 22.*

*f Amb. d. cap. 22.*

*Tractatus fidei duplex.*

vt vitia,

vt vitia, & peccata fugiant; virtutes verò amplecta
& ſectetur. Hic autem tractatus, vt idem Ambroſi
quit [a], neque nimium prolixus ſit, neq; citò interru
ne vel faſtidium derelinquat, vel deſidiam prodat,
incuriam. Oratio ſeu concio ſit pura, ſimplex, dilu
atque manifeſta, plena grauitatis, & ponderis, non
ctata elegantia, ſed non intermiſſa gratia. Ad quam
tiam concionandi conſequendam plurimum prof
D. Ioannis Chryſoſtomi Homilias diurna nocturna
verſare manu. Quot autem concionum ſint genera
tuplex ſtatus, quæ ſingularum partes, & quomodo
mari, & parari debeāt, noſtri inſtituti non eſt hic trad
Verùm ſi quis illa ſcire deſideret, legat is de forma
ſacris concionibus libros Laurentij Xerezani Theol
& eccleſiaſticam Rhetoricam de ratione concion
Ludouici Granatenſis Theologi. Inſignis quoque
per hac verbi Dei prædicatione conſtitutio eſt edit
concilio prouinciali Mediolanenſi, præſide Illuſt.mo
R.mo D. Carolo Borrhomæo Archiepiſcopo [b], qu
omnibus paſtoribus in manu eſſe, & diligenter
optarem.

Verùm quia hiſce concionibus multus in Eccleſi
irrepſerat abuſus, idcirco SS. Tridentina Synodus [c] a
maduertens Chriſtianę reipublicæ non minus neceſſa
eſſe prædicationem Euangelij, quàm lectionem, & il
præcipuum eſſe Epiſcoporum munus [d]: ſtatuit, & dec
uit, omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & o
nes alios eccleſiarum Prælatos teneri per ſe ipſos, ſi l
gitimè impediti non fuerint, ad prædicandum ſanct
IESV Chriſti Euangeliū. Si verò contigerit Epiſcopo
& alios prædictos legitimo detineri impedimento: iux
formam generalis concilij [e] viros idoneos aſſumere
neantur, ad huiuſmodi prædicationis officium ſalubri
exequendum. Si quis autem hoc adimplere cōtempſer
diſtrictę ſubiaceat vltioni. Archipresbyteri quoque, Pl
bani, & quicumq; parochiales, vel aliàs curam anima
habentes, qui eccleſias quocumque modo obtinent, p
ſe, vel alios idoneos, ſi legitimè impediti fuerint, dieb
ſaltem Dominicis, & feſtis ſolennibus plebes ſibi com
miſſas pro ſua, & earum capacitate paſcant ſalutarib
verbis

*Qualis debeat eſſe oratio ſeu concio.*

*Præcipuū Epiſcoporum munus eſt prædicare Euangelium.*

a d. cap. 22.

b an. Dn. 1566.

c Seſſ. 5. de refor. cap. 2.

d Concil. Toleta. 11. cap. 2. c. epiſcopus nullā. diſt. 88. Concil. Carthag. 4. c. 20. Remēſ. cap. 14. Arelatenſ. 4. cap. 10.

e Concil. Lateran. ſub Innocent. 3. cap. 10. c. inter cætera. de officio iud. Ordinarij.

verbis[a]: docendo, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annuntiandoque eis cum breuitate, & facilitate ſermonis, vitia, quæ eos declinare; & virtutes, quas ſectari oporteat, vt pœnam æternã euadere, & cœleſtẽ gloriam conſequi valeant. Id verò ſi quis eorum præſtare negligat, etiam ſi ab Epiſcopi iuriſdictione quauis ratione exemptum ſe eſſe prætenderet: etiam ſi Eccleſiæ quouis modo exẽptæ dicerentur, aut alicui monaſterio, etiam extra diœceſin exiſtenti, forſàn annexæ vel vnitæ, modo re ipſa in diœceſi ſint, prouida paſtoralis Epiſcoporum ſolicitudo nõ deſit, ne illud impleatur. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Itaque vbi ab Epiſcopo moniti trium menſium ſpatio muneri ſuo defuerint, per cenſuras Eccleſiaſticas, ſeu aliàs ad ipſius Epiſcopi arbitrium cogantur, ita vt etiam, ſi ei ſic expedire viſum fuerit, ex beneficiorũ fructibus alteri, qui id præſtet, honeſta aliqua merces ſoluatur, donec principalis ipſe reſipiſcens officium ſuum impleat.

*a c. ex iis. §. habetur etiam de verb ſignifi in 6. concil. conſtãtino. 6. cap. 8. concil. lateran. ſub leõ. 10. ſeſſ. 11. concil. Maguntí, 1. cap. 25.*

b *Hierem. thr. 4.*

*Paſtores negligentes cõcionari, quomodo puniendi.*

Si quæ verò parochiales Eccleſiæ reperiantur ſubiectę monaſterijs in nulla diœceſi exiſtentibus: ſi Abbates, & regulares Prælati in prædictis negligentes fuerint, à metropolitanis, in quorũ prouincijs diœceſes ipſæ ſitæ ſunt, tanquam quo ad hoc, Sedis Apoſtolicę delegatis compellantur, neque huius decreti executionem conſuetudo vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, ſiue recurſus impedire valeat, quouſq; deſuper à competenti iudice, qui ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta procedat, cognitum & deciſum fuerit. Regulares verò cuiuſcumque ordinis, niſi a ſuis Superioribus de vita, moribus, & ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Eccleſiis ſuorum ordinum, prædicare nõ poſſint[c]: cum qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere tenẽatur, antequam prædicare incipiant. In Eccleſijs verò, quæ ſuorum ordinum non ſunt, vltra licentiam ſuorum ſuperiorum, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur[d]: ſine qua in ipſis Eccleſijs non ſuorum ordinum nullo modo prędicare poſſint. Ipſam autem licentiam gratis Epiſcopi concedant.

*Regulares quomodo ad prædicandũ admitti debeant.*

c *Conc. lat: ſub leone, 10. ſeſſ. 11.*

d *c. excõmunicamus, §. quia verò de hæretic.*

Si verò, quod abſit, prędicator errores, aut ſcandala

 diſſemina-

*Mali prædicatores quomodo coercendi & puniendi.*

diſſeminauerit in populum , etiam ſi in monaſterio
vel alterius ordinis prædicet ; Epiſcopus ei prædica
interdicat. Quod ſi hæreſes prædicauerit, contra eu
cundum iuris diſpoſitionem, aut loci conſuetudinẽ p
cedat, etiam ſi prædicator ipſe generali, vel ſpeciali p
uilegio exemptum ſe eſſe pretenderet. Quo caſu Epi
pus auctoritate Apoſtolica, & tanquam ſedis Apoſt
cæ delegatus procedat. Curent autem Epiſcopi, ne
prædicator, vel ex falſis informationibus, vel aliàs c
niosè vexetur, iuſtámve de eis conquerendi occaſio
habeat.

Caueant præterea Epiſcopi, ne aliquem vel eorum
cum ſint nomine regulares, extra clauſtra tamen & c
dientiam religionum ſuarum viuunt, vel presbyte
ſecularium, niſi ipſis noti ſint, & moribus atque doct
probati, etiam quorumlibet priuilegiorum prætex
ſua ciuitate vel diœceſi prędicare permittant, done
ipſis Epiſcopis ſuper ea re ſancta Sedes Apoſtolica c
ſulatur: à qua priuilegia huiuſmodi, niſi tacita veri
& expreſſo mendacio ab indignis extorqueri, veriſ
le non eſt.

*Quæſtuarij ad prædicandũ non ſunt admittendi.*

Quæſtores verò eleẽmoſynarij , qui etiã vulgò q
ſtuarij dicuntur, cuiuſcumq; conditionis exiſtant, n
modo, nec per ſe, nec per alium prædicare prę ſuma
contrafacientes, ab Epiſcopis, & Ordinariis locorũ p
uilegiis quibuſcumq; non obſtantibus, opportunis re
diis omnino arceantur.[a]

Et quia hoc prędicationis munus Epiſcoporum pr
puum eſt, vt ſuprà dictum eſt, cupiens prędicta ſa
Synodus Tridentina quò frequentius poſſit ad fide
ſalutem exerceri, prædictos canones aptius præſen
temporum vſui accommodãdo mandat[b], vt in Eccl
ſua ipſi per ſe, aut, ſi legitimè impediti fuerint, per e
quos ad prędicationis munus aſſument, in aliis autẽ
cleſijs per parochos, ſiue ijs impeditis, per alios ab E
ſcopo, impenſis eorum, qui eas prȩſtare, vel tenentur,
ſolent, deputãdo in ciuitate, aut in quacumq; parte di
ceſis, cenſebunt expedire, ſaltem omnibus Domini
& ſolemnibus diebus feſtis, tempore autem ieiunio
quadrageſimę, & aduentus Domini quotidie, vel ſal

*Quando parochis concionãdum ſit.*

*a c. cum ex eo. de pœniten. c. vt officiũ. §. cõpeſcendi. de heret. in 6. cle. abuſionibus. de pœnit. n.*
*b cap. 4. de reform. ſeſſ. 24.*

tribus in hebdomada diebus, ſi ita oportere duxerint, ſacras ſcripturas diuinamque legem annuntient; & aliàs quotieſcumq; id opportunè fieri poſſe iudicauerint. Moneatque Epiſcopus populum diligēter, teneri vnūquemque parochiæ ſuæ intereſſe, vbi commodè id fieri poteſt, ad audiendum verbum Dei [a], nullus autem ſecularis ſiue regularis, etiam in eccleſijs ſuorum ordinum, contradicente Epiſcopo prædicare præſumat. Iidem etiam ſaltem dominicis, & alijs feſtiuis diebus pueros in ſingulis parochijs fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parētes, diligenter ab ijs, ad quos ſpectabit doceri curabūt, & ſi opus ſit, etiā per cenſuras eccleſiaſticas compellent: non obſtantibus priuilegijs, & conſuetudinibus.

*a c. omnes. c ſacerd. de conſecrat. d ſt. 1. cano apoſto. cap. 10. concil. carthag. 4. ca. 24.*

*Quid pueris diebus dominicis & feſtis docendum.*

Vt autem fidelis populus ad ſuſcipienda ſacramenta maiori cum reuerentia, atque animi deuotione accedat, præcipit eadem ſancta Synodus [b] Epiſcopis omnibus, vt non ſolùm, cùm hęc per ſe ipſos erunt populo adminiſtranda, prius illorum vim, & vſum pro ſuſcipientiū captu explicent, ſed etiam idem à ſingulis parochis piè, prudenterque etiam lingua vernacula, ſi opus ſit, & commodè fieri poterit, ſeruari ſtudeant, iuxta formam à ſancta Synodo in catecheſi ſingulis ſacramentis pręſcribēdam: quam Epiſcopi in vulgarem linguam fideliter verti atque à parochis omnibus populo exponi curabūt: nec non vt inter miſſarum ſolemnia, aut diuinorum celebrationem, ſacra eloquia, & ſalutis monita eadem vernacula lingua ſingulis diebus feſtis, vel ſolemnibus explanent: eademq; in omnium cordibus, poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus inſerere, atque eos in lege Domini erudire ſtudeant.

*Quid populo docendum ſit, vt dignè ſacramenta ſuſcipiat.*

*b d. ſeſſ. 24. de refor. cap. 7.*

*Catechiſmus Synodi Tridētinæ.*

Cęterum omnes verbi Dei concionatores memores ſint illius, quod D. Ioan. Chryſoſtomus [c], ipſis dici voluit in hæc verba [c]: Malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim tuo ſedes: ſiquidem benè vixeris, & benè docueris, populum inſtruis: Si bene docueris, & malè vixeris, tui ſolius cōdemnator eris. Nam bene viuendo, & bene docendo, populum inſtruis, quomodo viuere debeat: Bene autem docendo, & malè viuendo, Deum inſtruis quomodo te debeat condemnare.

*c Hom. 43. ad cap. 23. Matth. & in c. multi. diſt. 40.*

*Quis bonus, & quis malus ſit concionator.*

*Ad ſermonem fidei, & doctrinæ faciendum, Eccleſi[...] regendas quales aſſumendi ſint; & quod hi propter[...] ipſis reſidere debeant Eccleſijs.*

CAP. VIII.

*a ſeſſ.6. de reform. cap.1.*

SAcroſancta Tridentina Synodus[a] ad reſtituend[...] collapſam admodum Eccleſiaſticam diſciplinã,[...] prauatoſque in populo Chriſtiano, & clero mo[...] emendandos ſe accingere volens, ab ijs qui maioribu[...] cleſiis præſunt, initium cenſuit eſſe ſumendum. Integr[...] enim præſidentium, ſalus eſt ſubditorum.[b] Confide[...] taq; per Domini ac Dei noſtri miſericordiã, prouidam[...] ipſius Dei in terris vicarij ſolertiam omnino futur[...] vt ad eccleſiarum regimen, onus quippe angelicis hu[...] ris formidandum, qui maximè digni fuerint, quorum[...] prior vita, ac omnis ætas, à pueriilibus exordiis, vſq[...] perfectiores annos per diſciplinæ ſtipendia eccleſiaſti[...] laudabiliter acta teſtimonium præbeat, ſecundum ve[...] rabiles beatorum patrum ſanctiones aſſumantur,[c] om[...] Patriarchalibus, Prouincialibus, Metropolitanis, & ca[...] dralibus eccleſiis quibuſcumq; quouis nomine, ac tit[...] præfectos monet, ac monitos eſſe vult, vt attendentes[...] bi, & vniuerſo gregi, in quo Spiritusſanctus poſuit[...] regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo,[d] [...] gilent, ſicut Apoſtolus præcipit,[e] in omnibus laborẽt,[...] miniſterium ſuum impleant: implere autem illud ſe[...] quaquam poſſe ſciant, ſi greges ſibi commiſſos merce[...] riorum more deſerant; atque ouium ſuarum, quarũ ſa[...] guis de eorum eſt manibus à ſupremo iudice requir[...] dus.[f] cuſtodiæ minimè incumbant; cùm certiſſimum ſ[...] non admitti paſtoris excuſationem, ſi lupus oues com[...] dit, & paſtor neſcit. Ac nihilominus, quia nonnulli, (quo[...] vehementer dolendum eſt) hoc tempore reperiuntur, q[...] propriæ etiam ſalutis immemores, terrenaq; cæleſtibu[...] ac diuinis humana præferentes in diuerſis curiis vaga[...] tur, aut in negotiorum temporalium ſolicitudine, ou[...] derelicto, atq; ouium ſibi commiſſarum cura neglecta,[...] detinent occupatos: placuit SS. Synodo antiquos cano[...] nes,[g] qui temporũ, atq; hominũ *iniuria penè in deſue[...] tudinem abierunt aduerſus non reſidentes promulgat[...]

*Reformatio à maioribus eccleſiis initium ſumere debet.*

*b c. Miramur. diſt. 61.*

*c c. In ſacerdotibus. c. miramur. c. epiſcopũ. c. fin. diſt. 61.*

*d Act. 20.*

*e 2. Timo. 4. c. ſit rector. diſt. 43. c. aduerſus 7. q. 1. c. miſi. de renũti.*

*f Ezech. 33. & 34. Act. 20. d. c. ſit rector.*

*g c. 1. & alijs ſe quẽ. de cler. nõ reſid. c. peruenit cũ multis ſequẽ. 7. q. 1. c. cũ ex eo de electi. in 6.*

** al. incuria.*

innouar[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

innouare, quemadmodum virtute præſentis decreti innouat: ac vlterius pro firmiori eorundem reſidentia, & reformandis in eccleſia moribus, in hunc qui ſequitur modum ſtatuere, atque ſancire. Si quis à patriarchali, primatiali, metropolitana, ſeu cathedrali eccleſia, ſibi quocumq; titulo cauſa, nomine, ſeu iure commiſſa, quacumq; ille dignitate, gradu, & præeminētia præfulgeat, legitimo impedimēto, ſeu iuſtis & rationabilibus cauſis ceſſantibus, ſex menſibus continuis,[a] extra ſuam diœceſim morādo abſuerit, quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ eccleſiæ & pauperibus loci per Superiorem eccleſiaſticum applicandorum, pœnam ipſo iure incurrat. Quod ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentia perſeuerauerit, aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandam eo ipſo amittat. Creſcente verò contumacia, vt ſeueriore ſacrorum canonum cenſuræ ſubijciatur, metropolitanus ſuffraganeos Epiſcopos abſentes: metropolitanum verò abſentem ſuffraganeus Epiſcopus antiquior reſidens, pœna interdicti ingreſſus eccleſię eo ipſo incurrenda infra tres menſes per literas, ſeu nuntium Romano Pōtifici denuntiare teneatur: qui in ipſos abſentes, prout cuiuſque maior, aut minor contumacia exegerit, ſuæ ſupremæ ſedis auctoritate animaduertere, & eccleſiis ipſis de paſtoribus vtilioribus prouidere poterit,[b] ſicut in Domino nouerit ſalubriter expedire.

*Epiſcoporū ab eccleſiis ſuis abſentia quando & quomodo punienda.*

*a arg. c. ex tuæ de cle. nō reſid.*

*b c. relatū, c. ex parte & 3. ſequen. & c. fin. de cleric. non reſiden.*

Epiſcopis inferiores quævis beneficia eccleſiaſtica perſonalem reſidentiam de iure, ſiue conſuetudine exigentia in titulum, ſiue commendam obtinentes, ab eorum ordinarijs, quemadmodum eis pro bono eccleſiarum regimine, & diuini cultus augmento, locorum, & perſonarū qualitate penſata, expediens videbitur opportunis iuris remedijs reſidere cogātur,[c] nulliq; priuilegia, ſeu indulta perpetua de non reſidendo, aut de fructibus in abſentia percipiendis ſuffragentur, Indulgentijs verò, & diſpēſationibus tēporalibus, ex veris & rationabilibus cauſis tantum conceſſis, & coram Ordinario legittime probādis in ſuo robore permanſuris: quibus caſibus nihilominus officium ſit Epiſcoporum, tanquàm in hac parte à ſede Apoſtolica delegatorum, prouidere, vt per deputationem idoneorum vicariorum, & congruæ portionis

*Habentes beneficia perſonale reſidentiam exigentia, ad hāc faciendā compellendi Iuxt. concil. Trid. ſeſſ. 6. de refor. cap. 2.*

*c c. ex parte, c. inter c. ex tuæ, c. conquerente, & c. fin. de cleric. nō reſid.*

a c.fin. de inſcrip. in 6. c. cũ ex eo. de elect. in 6. c. beneficium. d regularibus. in 6.
*Quid faciendũ curam animarum habẽtibus.*
b Ioan. 21. Act. 20 c. Epheſiis. diſt. 43.
c ſicut. 7. q. 1. c. in ſcripturis. c. qui epiſcopatũ. c. lect. 8. q. 1.
c Ioan. 10. c. ſit rector. diſt. 43.
d ſeſſ. 23. de reform. cap. 1.
e 1. Petri 5.
f ſeſſ. 6. de reform. cap. 1.
*Cauſæ propter quas ab eccleſiis ſuis Epiſcopi abeſſe poſſint.*
g c. relatum. c. inter. c. ad audientiã de cleric. nõ reſid. c. vnico. eodẽ tit. in 6. c. ad ſupplicationem. de renuntia. c. quorundã diſt 74. c. præſentium. 7. q. 1.

fructuũ aſſignationẽ, cura animarũ nullatenus negligat
a nemini quòad hoc priuilegio, ſeu exẽptione quacun
que ſuffragante.

Cùm autẽ præcepto diuino mandatũ ſit omnibus, q
bus animarum cura cõmiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere[b], p
his ſacrificiũ offerre, verbiq; diuini prędicatione, ſac
mentorũ adminiſtratione, ac bonorũ omniũ operum e
emplo paſcere pauperum, aliarũq; miſerabiliũ perſon
rum curam paternam gerere, & in cętera munia paſto
lia incumbere, quę omnia nequaquam ab ijs præſtari,
impleri poſſunt, qui gregi ſuo nõ inuigilant, neq; aſſiſt
ſed mercenariorum more deſerũt[c]: SS. Tridentina Syn
dus eos admonet, & hortatur[d], vt diuinorum præcep
rũ memores, factiq; forma gregis[e], in iudicio, & veri
te paſcant & regant. Ne verò ea quæ de reſidentia ſanc
& vtiliter iam ante ſub felicis recordationis Paulo 3. ſa
cita fuerant[f], in ſenſus à SS. Synodi mẽte alienos trah
rentur, ac ſi vigore illius decreti quinq; menſibus cõtin
abeſſe liceret, illis inhærendo declarauit eadẽ SS. Synod
ſub Pio 4. omnes patriarchalibus, primitialibus, metr
politanis ac cathedralibus eccleſiis quibuſcũque, quoc
q; nomine, & titulo præfectos, etiã ſi ſanctæ Romanę
cleſiæ Cardinales ſint, obligari ad perſonalem in ſua
cleſia, vel diœceſi reſidentiã, vbi iniuncto ſibi officio
fungi teneãtur: neq; abeſſe poſſe, niſi ex cauſis & mod
infraſcriptis. Nã cum Chriſtiana charitas vrgẽs neceſ
tas, debita obediẽtia, ac euidens eccleſię vel reipublicę
tilitas[g], aliquos nonnũquam abeſſe poſtulẽt, & exigan
decernit eadẽ SS. Synodus, has legitimę abſentiæ cauſ
à beatiſſimo Romano Pontifice, aut à metropolitano, v
eo abſente, ſuffraganeo Epiſcopo antiquiori reſidẽte, q
idẽ metropolitani abſentiam probare debebit, in ſcrip
eſſe approbandas: niſi cùm abſentia inciderit propter al
quod munus, & reipublicæ officium, epiſcopatibus adi
ctum: cuius quoniam cauſæ ſunt notorię, & interdum r
pentinę, ne eas quidem ſignificari metropolitano nece
erit: Ad eũdem tamẽ cũ cõcilio prouinciali ſpectabit iud
care de licẽtijs à ſe, vel ſuffraganeo datis, & videre, n
quis eo iure abutatur: & vt pœnis canonicis errãtes puni
tur. Interea meminerint diſſeſſuri, ita quibus ſuis pro
dendum

dendum, vt quantũ fieri poterit, ex ipſorũ abſentia nullũ damnum accipiant [a]: Quoniam autem qui aliquantiſper tantum abſunt, ex veterum canonum ſententia non videntur abeſſe, quia ſtatim reuerſuri ſunt; SS. Synodus vult, illud abſentiæ ſpatium ſingulis annis, ſiue continuum, ſiue interruptũ, extra prędictas cauſas, nullo pacto debere duos aut ad ſummum tres meſes excedere: & haberi rationem vt id æqua ex cauſa fiat, & abſque vllo gregis detrimento, quod an ita ſit, abſcedentium, conſcientiæ relinquit, quam ſperat religioſam, & timoratã fore, cum Deo corda pateant, cuius opus non fraudulẽter agere, ſuo periculo tenentur. Eoſdem interim admonet, & in Domino hortatur, ne per illius tẽporis ſpatiũ, Dominici Aduentus, Quadrageſimæ, Natiuitatis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes [b], item, & corporis Chriſti diebus, quibus refici maximè, & in Domino gaudere paſtoris pręſentia oues debeant, & ipſi ab eccleſia ſua cathedrali vllo pacto abſint, niſi epiſcopalia munia in ſua diœceſi eos aliò vocent.

*a c. cum ex eo. de elect. in 6. c. beneficium. de regul. in 6. concil. Sardicenſ. cap. 14.*

*Quamdiu Epiſcopi ſingulis annis ab eccleſiis ſuis abeſſe poſſint.*

*Quibus anni temporibus Epiſcopi ab eccleſiis ſuis abeſſe non poſſint.*

*b c. ſi quis in clericis. 7. q. 1. concil. Agathen. cap. 64.*

Si quis autem, quod vtinam nunquam eueniat, contra huius decreti diſpoſitionem abſuerit: ſtatuit SS. Synodus præter alias pœnas aduerſus non reſidentes ſub Paulo 3. impoſitas, & innouatas [c], ac mortalis peccati reatũ quem incurrit: eum pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia, alia etiam declaratione non ſecuta, illos ſibi detinere poſſe: ſed teneri aut ipſo ceſſante per Superiorem eccleſiaſticum illos fabricę eccleſiarum, aut pauperibus loci erogare: prohibita quacũq; cõuentione, vel cõpoſitione, quæ pro fructibus malè perceptis appellatur: ex qua etiã prædicti fructus in totũ, aut pro parte ei remitterẽtur: nõ obſtantibus quibuſcumq; priuilegijs, cuicũque collegio, aut fabricę cõceſſis.

*Pœnæ Epiſcoporũ abſentiũ ſe ab eccleſiis ſuis.*

*c ſeſſ. 6. de refor. cap. 1. c. 2. c. relatũ. c. conquerent. c. ex parte. & 3. ſequent. & c. fin. de cleri. nõ reſident.*

Eadem omninò, etiam quò ad culpam, amiſſionem fructuum, & pœnas de curatis inferioribus, & alijs quibuſcumque, qui beneficium aliquod eccleſiaſticum curam animarum habens, obtinent, ſacroſancta Synodus declarat & decernit; ita tamen, vt quandocumque eos, cauſa prius per Epiſcopum cognita, & probata abeſſe contigerit, vicarium idoneum, ab ipſo Ordinario approbandum cum debita mercedis aſſignatione relinquãt. Diſcedendi

*Pœnæ curatorum inferiorũ qui ab eccleſiis ſuis abſunt.*

*Inferiores curati quamdiu & quomodo à ſuis eccleſijs abeſſe poſſint.*

autem licentiam in ſcriptis, gratiſq; concedendam vl
bimeſtre tempus,niſi ex graui cauſa,non obtineat.Qu
ſi per edictum citati etiam non perſonaliter, contumac
fuerint: liberum eſſe vult Ordinarijs,per cenſuras eccl
ſiaſticas, & ſequeſtrationem & ſubtractionem,fructuu
aliaq; iuris remedia, etiam vſque ad priuationem, co
pellere,nec executionem hanc,quolibet priuilegio,lice
tia,familiaritate,exemptione, etiam ratione cuiuſcum
beneficij,pactione,ſtatuto , etiam iuramento vel qua
que auctoritate confirmato, conſuetudine etiam imm
morabili,quæ potius corruptela cenſenda eſt, ſiue app
latione aut inhibitione,etiam in Romana curia, vel vig
re Eugenianæ conſtitutionis,[a] ſuſpendi poſſe. Poſtrem
tam decretum illud ſub Paulo 3,[b] quam hoc ipſum in c
cilijs prouincialibus , & Epiſcopalibus publicari ſanct
Synodus præcipit: cupit enim quæ adeo ex paſtorũ m
nere,animarumque ſalute ſunt, frequenter omnium a
ribus,mentibuſque infigi, vt in poſterum, Deo iuuan
nulla temporum iniuria,aut hominum obliuione,aut c
ſuetudine aboleantur.

*a c. diuina, de priuilegiis in extrauagant., com.*
*b. ſeſſ.6.cap.1. & 2.*

*Super reſidentia curam animarum habentium , & ali reſidere debentium Pij Papæ quarti bulla.*

CAP. IX.

IN ſuprema eccleſiæ militantis ſpecula , meritis lic
inſufficientibus,diuina diſpoſitione conſtituti, cu
ctos,non ſolum vigilantia noſtræ commiſſos dom
nicos greges : ſed etiam ſingulorum paſtorum ſuorũ a
ctus intenſa noſtræ mentis acie colluſtrãtes , ſtudium e
ficax,operam ſedulam ad hoc omnino ſtatuimus adhib
re,vt quemadmodum operoſum ſacri concilij Tride
tini progreſſum,felicemque exitum, Domino cooper
te,præſtitimus: ita ſanctiſſima illius decreta, ipſorũ pr
ſertim,qui in Apoſtolicæ ſolicitudinis partẽ vocati ſu
paſtorum officia concernentia,non tepide,neque diſſi
lanter exequamur. Sanè licet in concilio præfato ſalub
rima fuerit ordinatione decretum,quod omnes & ſing
li venerabiles fratres noſtri,Patriachæ,primates, Arch
piſcopi, & Epiſcopi, & alij beneficiati,apud eccleſias ſp
ſas ſuas reſidere teneantur: nonnulli tamen, quod non ſ

ne a

ne animi noſtri mœrore referimus, adeo ſui gregumque
quos olim deperditos, Saluator noſter proprio ſanguine
redimere dignatus eſt, ſibi creditorum obliti ſunt, vt etiã
nunc in alma Vrbe, vel alibi commorantes, & ſacroſan-
cta ſpiritualis matrimonij inter eos, ſuaſque eccleſias ſo-
lemniter contracti iura confundentes, ſponſas ſuas in lon
ga quaſi viduitate relictas, ac prædictas eccleſias quomo
docũque ſibi conceſſas inuiſere, & apud illas, vt probos
& prouidos patresfamilias decet, reſidere non curent, in
perditionem animarum ſuarum, & ſubditorum ſuorum,
ac perniciosum exemplum, & ſcandalum plurimorum:
nos hanc illorum contumaciam alicuius, etiam tempora-
lis pænæ metu frangendam, ſeu conuincendam eſſe cen-
ſentes motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de A-
poſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnibus & ſingulis pa-
triarchis, primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Præ-
ſatis, ac alijs quibuſcumq; etiam quauis auctoritate, dig-
nitate, gradu, vel praeminentia, præfulgẽtibus prædictas
eccleſias in commendam vel adminiſtrationem, aut alio
quouis nomine obtinentibus, & alijs quibuſcumq; be-
neficiatis curam animarum habẽtibus, qui, iuxta decre-
ti ſuper reſidentia in conſilio prædicto promulgati teno- a *ſeſſ. 6. cap. 1. de reforma. & ſeſſ. 23. de reſor. cap. 1.*
rem [a], perſonalem in ſuis eccleſijs reſidentiam facere te-
nentur, in virtute ſanctæ obedietię, & vltra pœnas in di-
cto decreto concilij contentas, etiam ſub priuationis eo-
rum à regimine, & adminiſtratione eccleſiarum ſuarum,
ac alijs noſtro & pro tempore exiſtentis Romani Pon-
tificis ſucceſſores noſtri arbitrio imponendis pœnis, di-
ſtricte præcipiendo per Apoſtolica ſcripta mãdamus; qua-
tenus omni mora ceſſante in eiuſdem ſuis eccleſijs, iuxta
formam, & tenorem dicti concilij perſonaliter reſideãt.
Et nihilominus ſi quis mandato noſtro huiuſmodi, quod *Alia pæna, vltra eas quæ à concil. Triden. decret. ſunt, cõtra curatos nõ reſidentes.*
abſit, non parere contigerit, ne etiam tales abſentes meli-
oris in hac parte conditionis, quàm cęteri in ſuis eccleſi-
is reſidentes exiſtant, hac noſtra perpetuó valitura ſancti-
one per præſentes ſtatuimus, & ordinamus, quod dein-
ceps omnia & ſingula mobilia, immobilia, etiam in Vr-
be vel eius diſtrictu exiſtentia, & ſe mouentia res & bo-
na, iura & actiones cuiuſcumq; qualitatis, quantitatis, &
valoris, ac vbicumq; locorum conſiſtant ad Patriarchas,
Primates

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios quoſcu-
que, etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu & p
minentia præfulgentes, eccleſias prędictas in titulum
commendam, ſiue adminiſtrationem, aut alio quoui
mine obtinentes, & alios quoſcumque beneficia c
ram animarum habentes, qui extra prędictas eccleſia
dioeceſes, etiam in Romanę curia, aut alibi degentes
iuxta decretum, & formam concilij huiuſmodi non
dentes deceſſerint, pertinentia, & per illos ſuarum ec
ſiarum, ac quorumcumque monaſteriorum, prioratu
præpoſiturarum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſti
rum, cum cura, & ſine cura, ſecularium & regulari
quæ illi quomodolibet obtinuerint, ac fructuum, red
um, & prouentuum eccleſiaſticorum: necnon penſion
animarũ ſibi ſuper ſimilibus fructibus, redditibus & p
uentibus reſeruatarum, & aſſignatarum occaſione q
ſita, etiam ſi facultatem ſpecialem de illis, aut eorum p
te teſtandi, & aliàs liberè diſponendi à nobis, & quib
uis aliis Romanis Pontificibus, prædeceſſoribus, & ſu
ceſſoribus noſtris, etiam cum clauſulis, quod facult
huiuſmodi reuocari nequeant, alijſque irritantibus de
tis obtinuerint, & in vim illarum literarum deſuper c

*Fructus & reditus beneficiorũ in abſentia nõ legitima percepti tanquam ſpolia cameræ apoſtolicæ applicandi ſunt.*

fectarum de rebus & bonis huiuſmodi iam diſpoſueri
tanquam ſpolia ad cameram Apoſtolicam legitimè p
tineant, liceatque dilectis filiis moderno, & pro temp
exiſtenti commiſſario noſtro generali, & ſuis dictæ
cameræ deputatis in euentuum deceſſus huiuſmodi, ſol
inuentarium ſuper rebus, & bonis præfatis conficere, i
laque prout de reliquis clericorum ſpolijs fieri ſolet, a
dilecti filij noſtri moderni, & pro tempore exiſtentis ge
neralis theſaurarij manus redigere, dictæq; camerę app
care, cuiuſuis licentia deſuper minimè requiſita. Ac f
cultates, & deſuper confectas literas prędictas etiã, mo
tu & ſcientia ſimilibus, etiam in recompenſam laborum
& obſequiorum, etiã nobis, & Eccleſiæ Romanæ, dict
que ſedi impenſorum, quomodoſibet conceſſas, & etiam
iteratis vicibus approbatas, illarum omniũ tenores pr
ſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſert
habentes in euentum obitus huiuſmodi, etiam ſi in Vr
be, aut eius diſtrictu, vel alibi extra ſuas eccleſias, vt pr

ſertu

ſertur cōtigerit, ex nunc prout ex tunc. & è contra in dictę contumaciæ pœnam eiuſdem poteſtatis plenitudine, & tenore reuocamus, caſſamus, & annullamus. Ac tā eos quàm earum prætextu quomodolit et pro tempore condita, facta; teſtamenta, codicillos, legata, donationes, & alias diſpoſitiones quaſlibet, etiam ad pia cauſas, vel in remunerationem ſeruitiorum, nulla, & inualida, nulliuſq; roboris, vel momenti fore, neq; quicquam contra pręſentium tenorem ſuffragari. Et ſic per quoſcūque iudices, & commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam ſanctæ Romanę Eccleſię Cardinales, in quauis inſtantia, ſublata eis. & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretādi facultate, iudicari, & definiri debere. Ac quicquid ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignorāter attentari cōtigerit, irritum, & inane decernimus. Per hoc autem noſtris, & Romanorum Pontificum prędeceſſorū noſtrorum ordinationibus, reſeruationibus. & decretis, quo ad Prælatorum, & aliorum beneficiatorum, etiam in ſuis eccleſijs, aut diœceſibus reſidentium, & ibi decedentium, quę etiam ampliamus, & extendimus ad habentes eccleſias in vrbis diſtrictu, ibique reſidentes, & decedentes, ſpolia cameræ applicata Apoſtolicæ, hactenus emanatis, nullatenus præiudicare, neq; quicquam in eis alterare intendimus, ſed ea in ſuo robore, vt antea, manere volumus, præterquam quò ad eos, qui in ſuis eccleſiis iuxta formam prædicti concilij reſiderint, & ſpecialem licentiā teſtandi habuerint, hanc enim tantùm ſaluam eis eſſe volumus. Ita vt generalis licentia teſtandi eis, quāquam reſidentibus, minimè ſuffragetur, ſed ſola ſpeciali, ſi quam habuerint, tueri ſe poſſint. Cæterum vt præceptum, mandatum, ſtatutum, ordinatio, reuocatio, caſſatio, decretum, & alia præmiſſa, præſenteſq; literæ, ad eorum, quorū intereſt notitiam deducantur, nulluſque poſſit aliquam illorum ignorantiam prætendere, vel excuſationem allegare, ſed illa perpetuò firma, & illibata permaneant, volumus, & mandamus, quod eædem præſentes in baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariæ noſtræ valuis, ac acie Campi Floræ per aliquem ex curſoribus noſtris affixæ, copia illarum ibi dimiſſa ab ea die omnes perinde arctent, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent,

*Ampliatio prædictæ bullæ.*

*Ad teſtandū de reditibus beneficiorū requiritur ſpecialis licentia.*

non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nõ obſtãtibus præmiſſis, ac in fauorem curialium p
rec. Sixtum 4. Leonem 10. Iulium 3. & quoſcum
lios Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac etiam pe
editis, & approbatis, necnon alijs literis, conſtitu
bus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contr
quibuſcumque, Nulli ergo omnino hominum liceat h
paginam noſtri præcepti, mandati, ſtatuti, ordinatio
reuocationis, caſſationis, annulationis, decreti, ampl
onis, extentionis. intentionis, & voluntatis infring
vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc at
tare præſumpſerit, indignationem omnipotentis De
beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit
curſurum. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum anno
carnationis Dominicæ 1564. ſeptimo Kal. Dece
Pontificatus noſtri anno quinto.

*Super executione concilij Tridentini, & prædicta bulla quarti, & quinti conſtitutiones.*

CAP. X.

MOtu proprio &c. Cùm tã per ſacroſanctũ œ
menicum concilium Tridentinum, quàm eti
per noſtras literas, ſiue bullas etiam deſuper e
natas, & inter alias ſub dat. Romæ apud ſanctum Petr
anno incarnationis Dominicæ 1564. ſeptimo kal. D
cemb. Pontificatus noſtri anno quinto, mãdatum ſit o
nibus Epiſcopis, Archiepiſcopis, & alijs, quibus anima
cura commiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere, pro eis ſacrifici
offerre, verbique diuini prædicatione, ſacramentorũ ad
miniſtratione, ac bonorum omnium exemplo paſcere
pauperum aliorumq; miſerabilium perſonarum curã p
ternam gerere, & ſignanter munera paſtoralia, & eis di
ligenter incumbere, & aſſiſtere, aliaque facere, quæ in di
cto ſacro cõcilio, & in dictis noſtris literis ſiue bullis cõ
tinentur. Quæ omnia nequaquàm ab eis præſtari, & ad
impleri poſſunt, cum gregibus ſuis non inuigilant, nequ
aſſiſtunt, ſed mercenariorum more oues ſuas deſerũt, &
propterea debuiſſent, & deberent omnes, & ſinguli Epi
copi, Archiepiſcopi, & alij in dignitatibus eccleſiaſtici
conſtituti, & præfecti, & quibus animarum cura exiſti
iuxta diuina præcepta, & prædicti œcumenici concilij, a

*Cur mandata ſit paſtoribus reſidentia.*

prædicta-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

prædictarum noſtrarum literarum, ſeu bullarum vim, formam, continentiam & tenorem ad earum reſpectiué eccleſias diœceſ. ac alia beneficia, quibus perſonalis reſidẽtia requiritur, ad effectum in eis perſonalem reſidentiam facien. ſeſe contuliſſe, ac omnia, & ſingula in eiſdẽ præceptis, concilio, & literis ſiue bullis reſpectiué contenta adimpleuiſſe, & obſeruaſſe. Attamẽ ſicut accepimus multi & multi præfatorũ præceptorũ & mandatorũ contẽptores, animarumque ſuarum, propriæ ſalutis immemores in dictis dignitatibus eccleſiaſticis, quibus cura animarũ imminet, ac Epiſcopalibus, & Archiepiſcopalibus reſpectiué conſtituti præmiſſa facere, & adimplere hactenus minimé curarunt, ſed diſtulerunt, & differunt in graue animarum ſuarum, gregumque ſibi commiſſorum periculum, & ouium ſuarum pernicioſum exemplum, & ſcandalũ, ſentẽtias, cenſuras, & pœnas propterea ſibi inflictas temeré, & damnabiliter incurrendo. Quæ omnia, cùm non ſint coniuentibus oculis, aut impuné prætermittenda ſed grauiter, vt cęteris tranſeant in exemplum, cùm iam per tot menſes inobedientes fuerint, cenſuras præfatas ſuſtinen. motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, deque poteſtatis noſtræ plenitudine dilecto filio noſtro Alexandro Riario Cameræ Apoſtolicæ generali auditori, cui alias etiam, ſeu prædeceſſori ſuo viuę vocis oraculo commiſimus, vt dictos Epiſcopos, Archiepiſcopos, & alias perſonas eccleſiaſticas, animarum curã habentes non reſidentes pœnas præfatas in dicto cõcilio, & literis, ſiue bullis noſtris contentas incurriſſe declararet, & ad illarum effectualẽ executionem, aliaque grauiora procederet vocis oraculo commiſimus: tamen quia nonnulla monitoria contra certos Epiſcopos, & alias perſonas præfatas in vim commiſſionis noſtræ huiuſmodi ſibi factæ tunc decreuerat, & relaxauerat, ne in poſterum de illius iuriſdictione dubitari contingat, denuó eidem auditori noſtro nunc officium auditoratus, exercẽti auctoritate noſtra committimus, & mandamus, quatenus ſtatim tam cõtra Epiſcopos, Archiepiſcopos, & alios quoſcũque Prælatos, tã in Vrbe, quàm alibi, & vbiq; locorũ exiſten. & in proprijs diœceſibus non reſiden. conſtito ſibi, quantum ſufficere videbitur ſummariè, ſimpliciter,

& de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& de plano ſola veritate inſpecta, & manu regia dei obedietia propria vſque ad ſententiam excluſiue proc dat, & deinde nobis referat, vt nos in conſiſtorio noſt ſecreto de fratrum noſtrorum conſilio, vt moris eſt, ſententiam priuationis, & depoſitionis Prælatorũ ino dientium huiuſmodi procedere valeamus, prout proc dere intendimus. Quo verò ad alios curam animarũ bentes vſq; ad ſententiam incluſiue procedat, & exeq tur iuxta formam, & tenorem dicti concilij, & literar noſtrarum prędictarum, cum eiſdẽ facultatibus, vt ſup ac alia faciat, & exequatur, prout in dictis literis ſiue bu lis continetur, cum poteſtate, citãdi, inhibendi, excõm nicandi, ſuſpendendi à diuinis, declarandi, interdicẽdi, a grauandi, reaggrauandi, carcerandi, & brachium ſæcula decernendi, relaxandi, & exequendi, aliaque faciendi ceſſaria quomodolibet, & opportuna. Contrarijs quib cumque non obſtantibus: & quod pręſentis noſtri Mot proprij ſola ſignatura ſufficiat: ac vbique fidem faciat iudicio, & extra, regula contraria & alijs quibuſcumqu quibus omnibus expreſsè derogamus, non obſtantib

*Epiſcopi nolẽtes reſidere, quomodo epiſcopatu ſuo priuandi & deponendi ſunt. Inferioribus curatis reſidere nolẽtibus, quæ pœnæ infligẽdæ.*

Pij verò quinti contra omnes eccleſiaſticas perſon curam animarum habentes, conſtitutio hæc eſt:

Motu proprio, &c. Cùm alias per felic. rec. Pium 4. pr deceſſorem noſtrum iuxta formam concilij Tridenti & aliarum bullarum emanatarum, tã ab ipſo Pio præd ceſſore noſtro, quàm alijs Rom. Pontif. Motu proprio ius tenores pro expreſſis haberi volumus, ex ipſius ce ta ſcientia, & de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine fuer mandatum dilecto filio Alexandro Riario noſtro, & c rię cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & ali eccleſiaſticas perſonas curam animarum habentes, nõ r ſidentes pœnas in dicto concilio, & bullis contentas i curriſſe declararet, & ad illarum effectum executioni d mandentur, per eũdem Alexandrum Auditorem noſtr & vt ne de eius iuriſdictione in poſterum dubitari cõti gat: denuo eidem Auditori noſtro auctoritate noſtra cõ mittimus, & mandamus, quatenus ſtatim, tam contra E piſcopos quàm Archiepiſcopos, & alios quoſcũque Præ latos tam in Vrbe, quàm alibi, & vbiq; locorum exiſten

*Renouat Pius 5. commiſſionẽ datam à Pio 4. contra non reſidentes.*

*Innouat Pius 5. formam procedẽdi & pœnas à Pio 4. conſtitutas cõtra nonreſid.*

& i

& in proprijs diœceſ. non reſiden. conſtito ſibi quantũ ſufficere videbitur ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſola veritate inſpecta, & manu regia de inobedientia propria vſq; ad ſententiam excluſiuè procedat, & deinde nobis referat, vt nos in conſiſtorio noſtro ſecreto de fratrũ noſtrorum conſilio, vt moris eſt, ad ſententiam priuationis, & depoſitionis Prælatorum inobedientium huiuſmodi procedere valeamus, prout procedere intendimus: quò verò ad alios curam animarum habẽtes vſq; ad ſententiam iucluſiuè procedat, & exequatur iuxta formam, & tenorem dicti concilij, & literarum noſtrarum pręfatarum, cum eiſdem facultatibus, vt ſuprà, & alia faciat & exequatur, prout in dictis literis, ſiue bullis continetur, cũ poteſtate citandi, inhibendi, excommunicandi, ſuſpendẽdi à diuinis, declarandi, interdicendi, aggrauãdi, reaggrauandi, carcerandi, & brachium ſęculare decernẽdi, relaxandi, & exequendi, aliaque faciendi neceſſaria quomodolibet, & opportuna, contrarijs quibuſcũque non obſtantibus. Et quòd præſentis noſtri Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, ac vbique fidem faciat in iudicio, & extra regula contraria, & alijs quibuſcũque, quibus omnibus expreſsè derogamus, non obſtantibus. Die decima Iunij. 1566. Porrò de canonicorũ & aliorũ beneficiatorum reſidentia, quia ad ſermonẽ populo faciendum non videntur obligari, hic nil dicendũ putamus, ſed alibi opportunitatem nacti aliquid dicemus.[a]

*a Vide infra lib. 4. ca. 17. 18. 24. 25. 26. & 27. & alterum noſtrum ſpecu. de maior. hor. tẽp cauſ. lib. 1. cap. 16. & ſequen. lib. 2. c. 10. 11. 16. & 17. lib. 3. c. 7. 20. 21.*

*De colloquio familiari.* CAP. XI.

QVoniam à Salomone dictum eſt[b]: Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animã ſuam, qui autem incõſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala, idcirco, quomodo clerici os ſuũ cuſtodire debeãt deinceps agere inſtituimus. Nam vt ſupra diximus; primum officiũ honeſtatis D. Ambroſius modo loquendi, & ſermoni tribuit. Dabunt igitur inprimis operam omnes clerici, vt ſermo eorum in colloquio familiari ſit opportunus, Salomonis ſapientiam & iudicium ſecuti, dicentis[c]: Lætatur homo in ſententia oris ſui, & ſermo opportunus eſt optimus. Nam vt D. Hier. inquit[d], Quoties loquimur, aut nõ in opportuno tẽpore, aut non in opportuno loco,

*b Prouerb. 13.*

*Primum officiũ honeſtatis clericorum in quo conſiſtat. Sermo ſit opportunus.*

*c Prouerb. 15.*

*d in c. quoties. 22. q. 5.*

aut

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

aut nõ vt conuenit audiẽtibus, toties ſermo malus p
dit de ore noſtro, ad deſtructionem eorum qui aud
Omnis autem ſermo malus ex ore noſtro procedere
debet, ſed ſi quis bonus eſt, ad ædificationem fidei, vt
*a cap. 4* gratiam audientibus, ſicut D. Paulus Epheſijs ſcripſit
Quia pro omni etiã verbo otioſo reddituri ſum[a] ratio
*b d.c. quoties.* in die iudicij [b]: At dictorum virtus ſæpe perditur, v
*c in c. ſit rector diſt. 43.* Gregorius inquit,[c] cùm apud corda audientium loqu
tas incauta opportunitate leuigatur; & authorem ſu
hæc eadem loquacitas inquinat, qui ſeruire auditori
vſum profectus ignorat.

Deinde, vt ſit prudens & diſcretus ſermo eorum
*Sermo ſit prudens, & deſcretus.* quid temeré, vel inordinaté loquantur, quo corda aud
tiũ feriantur: vel ne aut tacẽda proferant, aut proferen
reticeſcant. Nam ſicut incauta locutio in errorem pro
*d in d.c. ſit rector.* hit, vt D. Gregorius ſcripſit,[d] ita indiſcretum ſilentiu
qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Si inordi
té ad loquendum quis rapitur, erroris vulnere corda
dientium feriuntur, & cùm fortaſſe ſapientem ſe vid
deſiderat, virtutis, & vnitatis compagem inſipienter
ſcindit. Vox ipſa non ſit remiſſa, nõ fracta, nihil fœmin
um ſonans, qualem multi grauitatis ſpecie ſimulare co
*e lib. 1. offic. cap. 19.* ſueuerunt, ſed formam quandam, & regulam, ac ſucc
virilem obſeruans. Hoc eſt enim iudicio D. Ambroſi
pulchritudinem viuendi tenere, cõuenientia cuiq; ſe
& perſonæ reddere. Hic ordo geſtorum optimus, hic
natus ad omnem actionem accommodus. Sed vt mo
*Verecũdia pulchra virtus.* culum, & infractum, aut vocis ſonum, aut geſtum corp
*f d. lib. 1. offic. cap. 18.* ris non probat, ita nec agreſtem aut ruſticum. Natura
igitur, inquit, imitemur, eius effigies, formula diſcipli
*Speculũ mẽtis in verbis reſulget.* forma honeſtatis eſt. Pulchra virtus verecũdiæ eſt ſua
gratia, quæ vt idem dicit,[f] non ſolum in factis, ſed etia
in ipſis ſpectatur ſermonibus, ne modum progrediaris
*In cantu verecũdia ſeruãda eſt.* quendi, ne quid indecorum ſermo reſonet tuus. Specu
enim mentis plerumq́ue in verbis refulget. Ipſum voc
*Senſim pſallendum, canendum, & loquẽdum eſt.* ſonum libret modeſtia, ne cuiuſquàm offendat aurẽ vo
fortior. Denique in ipſo canendi genere, prima diſcipli
verecundia eſt, imo etiam in omni vſu loquendi, vt ſen
ſim quis aut pſallere, aut canere, aut poſtremó loqui in
cipiat, vt verecunda principia commendẽt proceſſum

Silentium quoque ipſum, in quo eſt reliquarum virtutũ otium, maximus actus verecundiæ eſt. Paulus quoque orationem deferri præcepit [a] cum verecundia, & ſobrietate. Primam hanc, & quaſi præuiam vult eſſe orationis futuræ, vt non glorietur peccatoris oratio, ſed quaſi colore pudoris obducta, quò plus defert verecundiæ de recordatione delicti, eò vberiorem mereatur gratiam.

*a 1. Timoth. 2.*

Quanta autem prudentia, & diſcretio in ſermone adhibenda ſit, pulchrè oſtendit D. Ioannes Chryſoſtomus: Si quis, inquit [b], vt in quibuſdam iuſtis ſtateris, noſtros velit cogitatus ſiſtere, inter mille ſecularium ſermonum talenta, vix centum denarios ſpiritualium poterit inuenire verborum, imò nec decem quidem obulos. An verò non turpe maximeque ridiculum ſit, res neceſſarias, certaſq; magna plerumque parte ſeruis, quos habemus, demandare: ori verò quod proprium noſtrumque poſſidemus viliora, quàm mãcipijs, nempe inutilia quædam, & ſuperuacua committere? Vtinam verò ſuperuacua tãtùm, non etiam damnoſa & noxia; nihilque profutura. Quòd ſi meliora loqueremur; etiam Deo procul dubio verba oris noſtri placerent. Nunc verò quaſcunque hoſtis antiquus ſuggerit locutiones, loquimur; tum quidem ridentes ipſi, tum verò in aliorum riſum facetè aliqua & vrbana dicentes: & nunc quidem maledicta iaculantes, & iniurias inferentes; nunc verò mentientes, iurãtes, & nunc quidem de rebus friuolis conquerentes. Nunc verò multiloqua vanitate deliros omnes deliraſque ſuperantes, ea quæ ad nos omnino non pertinent abſque vlla in medium ratione proferimus. Quis enim veſtrûm, reſpondete, quæſo, qui aſſiſtitis, vnum, ſi exigatur, pſalmum poteſt memoriter edicere, aut ſcripturarum vllam aliam portionem? Nullus omnino eſt. Nec tamen ſolum iſtud eſt malum, ſed quoniam ad ſpiritualia deſides, & remiſſi, ad diabolica ignem ipſum ardore ſuperatis. Etenim ſi quis vos de theatralibus aliquid voluit interrogare canticis, & meretriceos illos, fractoſque modulos audire; multos, qui illa etiam diligentiſſimè didicerint, poteris inuenire, & qui ea cum maxima etiam pronunciẽt voluptate. Sed eſtne horum criminum tandem aliqua defenſio? Non ſum ego, inquit, monachus. Hoc enim

*b in 1. cap. Matth. hom. 2.*

*Optima quæque verba ori noſtro ſunt cõmittenda.*

*Criminum excuſatio quæ ſit.*

D eſt,

eſt,quod omnia quaſi vna quadam peſte corrumpit,q
niam lectionem diuinarum ſcripturarum ad ſolos p
tis monachos pertinere;cùm multo magis vobis, q
illis ſit neceſſaria; qui enim verſantur in medio,&
nera quotidie accipiunt,magis indigent medicamin

*Quantus ex ſcripturis diuinis naſcatur profectus.*

Quòd ſi diſcere cupis, quantus ex ſcripturis diu
naſcatur profectus,temetipſum diligẽter examina
lis quidẽ efficiaris cùm pſallis Deo,qualis,cùm diab
Et quemadmodum quidem affici ſoleas cùm in ecc
ſteteris, quemadmodũ verò ſi ſteteris in theatro,&
debis,quàm ſit grãde iſtius animæ,illiuſq; diſcrime
cet vna ſemper in te anima ſit. Idcirco enim Apoſt
ait[a]: Corrũpunt bonos mores colloquia mala.Itaq;
duè potẽtibus ſpiritus Dei carminibus egemus. Ete
iſtud eſt,quo irrationabilibus præſtamus animãtibu
certè inferiores ſumus in cæteris. Hoc enim nutrim
animæ,hoc ornamentum: vt è regione,Dei non au
verbũ,fames,atq; internicies eſt. Dabo,inquit[b],eis nõ
mem panis,neq; ſitim aquæ, ſed famem audiendi v
Dei. Quid igitur infelicius eſſe poſſit,quã vt,quòd D
in pœnam minatur,hoc tu iam ſpontè in caput tuum
trahens,corroges malum,& inferens animæ tuæ ſæ
mã famem,atq; peſtiferam, per quam miſeriorem
cunctis omnino rebus efficias. Verbis enim nunc ſa
illa ſolet,nunc corrumpi. Nam & ſępe in iram ſerm
ſuccenditur, & ab ipſo incendio alio rurſus ſermon
ſtinguitur: & ad cõcupiſcentiam ſermo illam obſc
inflãmat,& ad pudicitiam verbum honeſtatis reduc
autem hoc facit ſermo iſte communis, reſponde: Q
tu ſcripturarum eloquia contemnis? Nam ſi admo
ſola tantùm valet, quanto magis ſi etiam per Spiri
ſancti gratiam ipſa admonitio proferatur? Ex ſcrip
namque diuinis ſermo prolatus ipſo igne vehemen
animam audientis accendit, atque in omnium il
præparat vſum bonorum. Sic etiam Paulus Corinthi
quos inflatos eſſe cognouerat,ac tumentes, caſtigati
ſermonis reddidit mitiores[c]. Et Dauid poſt peccat
quoniam ſermonem audiuit Dei, ad ſalutarem il
pœnitentiam conuolauit[d]. Et Apoſtoli eodem pacto
cti ſunt tales,quales eos fuiſſe miramur: eodẽ pacto v
verb

*a 1.Corinth.15.*
*Corrumpunt bonos mores colloquia praua.*
*Verbum Dei nutrimentum & ornamentũ eſt animæ.*
*b Amos 8.*
*Anima nunc verbis ſanatur, nunc læditur.*
*Sermo ex ſcripturis prolatus quantæ ſit efficaciæ.*
*c 2.Corinth.7.*
*d 2.Reg.12.*

uerſum illi mundũ attraxerunt. Et quid, ais, lucri eſt, quãdo quis audit, & non accedit ad implẽda quę dicta ſunt? Non paruus eſt etiam ex ipſo profectus auditu. Nam qui audit, & ſeipſum reprehendit, ſæpe & altiùs ingemiſcit, & eò quandoq; peruenit, vt ſtudeat etiam implere, quod didicit. Qui verò nec quia peccauit intelligit, quando à peccatis recedet? quando ſe ipſe culpabit? quando etiam emẽdare conabitur? Non igitur contẽnamus ſcripturas audire diuinas. Hęc enim diabolicæ inſpirationis operatio eſt, non ſuſtinẽtis nos aſpicere theſaurum, ne diuitias acquiramus. Propterea illis ſuadet, nihil eſſe commodi diuinas audire leges, ne quãdo ex auditu ſequi etiam videat actiones. Deprehendentes igitur hanc illius artem malignam, vndiq; nos muro ſcientiæ muniamus, vt ſpiritualibus circũſtipati armis, & ipſi permaneamus intacti, & caput deijciamus inimici. Sicq; victoriæ inſignibus adornati, futurorum gaudio potiamur bonorũ. Huc pertinet & illud D. Hieronymi [a]: Ornet prudentiam verecundia. Diu ante conſidera, quid loquẽdum ſit, & adhuc tacens prouide, ne quid dixiſſe pœniteat. Verba tua ponderet cogitatio, & linguę officium libra animi diſpenſet. Vnde ſcriptura dicit [b]: Verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos, & attende, ne fortè labaris lingua.

*Maximus ex auditu verbi Dei profectus.*

*Cur diabolus ſuadeat non audiendas eſſe ſcripturas diuinas.*

*a in epiſt. ad Celant.*

*Locuturo quid faciendum.*

*b Eccleſ. 28.*

*In colloquio familiari vitanda eſt adulatio.*

## CAP. XII.

QVantopere adulatio nobis vitanda, & fugiẽda ſit, pulchrè D. Hieronymus demonſtratum reliquit, inquiens [c]: Adulatorũ aſſentationes, & noxia blãdimenta fallaciæ, velut quaſdã peſtes animæ fuge. Nihil eſt, quod tam facilè corrumpat mentes hominum, nihil quod tam dulci, & molli vulnere animũ feriat. Vnde & quidã ſapiens ait: Verba adulatorum mollia, feriunt autẽ interiora vẽtris. Et Dominus loquitur per Prophetã [d]: Populus meus, qui beatificãt vos, ſeducunt vos, & ſemitas pedũ veſtrorum diſſipant. In multis iſto maximè tẽpore regnat hoc vitiũ, quodq; eſt grauiſſimũ, humilitatis ac beneuolẽtię loco ducitur. Eo fit, vt qui adulari neſcit, aut inuidus, aut ſuperbus putetur. Eſt ſanè grãde, & ſubtile artificiũ laudare alterum in cõmendationem ſui,

*c in epiſt. ad Celant.*

*Adulatio velut peſtis animæ fugienda.*

*d Iſa. 3.*

*Adulatio nũc beneuolentiæ, & humilitatis loco ducitur.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& decipiendo animũ ſibi obligare decepti. Quodq́ue
maximè vitio agi ſolet, fictas laudes certo pretio ven
re. Quæ hæc tanta eſt leuitas animi, quæ tanta vani
relicta propria conſcientia, alienam opinionem ſequi
quidem fictam atque ſimulatam? Rapi vento falſæ la
dationis, gaudere ad circumuentionem ſuam, & illu
nem pro beneficio accipere? Tu ergo ſi verè laudab
eſſe cupis, laudem hominum ne requiras: illique pra
ra conſcientiam tuam, qui & illuminabit abſcondita
nebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tūc
erit tibi à Deo. Sit igitur intentus, ac vigilans, & ad
ſus peccata ſemper armatus animus tuus. Sermo in
mnibus moderatus, & parcus, & qui neceſſitate ma
loqui indicet, quàm voluntate. Rurſus idem ad Ruſtic
de viuendi forma ſcribens. Ne credas laudatoribus
imò irriſoribus aurem ne libenter accōmodes, qui c
te adulationibus fouerint, & quodammodo impo
mētis effecerint, ſi ſubitò reſpexeris, aut ciconiarum
prehendes poſt te colla curuari, aut manu auriculas a
tari aſini, aut æſtuantem canis protendi linguam.

*Sermo in omnibus moderatus & parcus.*

*Adulatorum effectus & geſtus.*

D. verò Ioannes Chryſoſtomus[a]: Si, inquit, au
nonnullos decet, adulatores magis, quàm contumeli
tes odiſſe oportet. Maior enim non attendentibus a
dulatione peſtis oriri ſolet, & facilius eſt hanc, quàm
lam paſſionem ſuperare. Quare, qui ſuperat illam
mirabilior videtur, tum etiam maiora conſequetur p
mia. Mirabilius enim profectò eſt videre hominem, q
dum vituperatur, quàm hominē, qui dum depellitur
percutitur, non decidat. Sed quomodo dices, poteron
moueri? vituperando quidā perſequitur, crucis ſigno
tim pectus ſignato, recordare omniũ quæ tūc geſta ſ
& cōfeſtim omnia extinguūtur: nec quia vituperat m
dò aliquis cogita, verūetiam ſi quid boni vnquā ab
in te profectū eſt, diligenter conſidera, & cōfeſtim ad
mentiā redigeris. Et idem ad Eutropium[b]: Nōne tibi
cebam, cùm me frequenter corriperes, & increpares
proſequētem, quia ego te magis diligerē, quàm illi
adulabantur? Ego qui arguebam te plus tibi profuera
audire voluiſſes, quàm illi, qui aſſentabantur. Nō me
niſti cùm dicerem tibi quia meliora ſunt vulnera am
qui

*a in cap. Mat. 27. hom. 88.*
*Adulatores magis quàm contumeliantes odiſſe oportet.*

*Quid remedij contra contumeliantes.*

*b hom. 19.*

quàm voluntaria oſcula inimicorum? Si mea verba, quę tunc vulnera videbantur, audiſſes, nunquam tibi oſcula adulatorum iſtum exitum peperiſſent. Mea enim verborum vulnera ſanitatem ferebant; illorum autem oſcula, & blandimenta, morbum tibi inſanabilem generabant. Vbi ſunt illi nunc, qui te in foro longis ambagibus conſtipabant, qui domi foriſque laudabant? Abnegauerunt te omnes amici tui, diſceſſerunt vnuſquiſque in ſua, & nudum te, atque inanem reliquerunt, nullus illorum vel propè accedere auſus eſt. Nos verò non ita, ſed & tunc, cùm difficilis eſſes ac durus, ad monita noſtra non pertimeſcebas; & nunc caſum tuum non perhorremus, nec deſerimus, ſed quantum poſſumus ſubleuamus: & eccleſia quidem, quæ à te impugnata eſt, apertis te gremijs ſuis ſuſcipit.

Quare cùm tãtum malum à ſanctis Patribus habitum, & reputatum ſit adulatio, rectè in Concilio Carthaginẽſi quarto, cui D. Auguſtinus interfuit, decretum eſt [a]; vt clericus, qui adulationibus vacare deprehenditur, degradetur ab officio. Nemo enim peritorum, aut prudentium putet, quòd minus ſit periculum in verbis lingua mentiendo, quàm manibus ſanguinem fundendo. Et melius eſt, vt D. Auguſtinus inquit, [b] pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione beneficium.

*a concil. Carth. 4. cap. 56. c. clericus qui. diſt. 46.*

*Clericus adulationibus vacans deponẽdus eſt.*

*b c. nemo peritorum. 11. q. 3.*

Cenſetur autem quis adulari attribuendo alicui bonũ, quod non habet: vel nimium extollendo, quod habet: vel approbando malum, quod in eo eſt [c]. Vnde D. Gregorius [d]: Sunt, inquit, nonnulli, qui dum mala facta hominum laudibus efferunt, augent, quæ increpare debuerant. Hinc enim per Prophetam dicitur [e]: Væ his, qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis. Ad hoc quippe ſub cubito puluillus, ſub capite ceruical ponitur, vt molliter quieſcat. Quiſquis ergo malè agentibus adulatur, puluillum ſub cubito, vel ceruical ſub capite iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus, molliter quieſcat. Hinc rurſus ſcriptum eſt [f]: Ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum. Parietis quippe nomine peccati duritia deſignatur. AEdificare ergo parietem, eſt cõtra ſe quempiam obſtacula peccati conſtruere.

*Quis adulari dicatur.*

*c gloſſ. in c. verum. ad verbũ adulari. diſt. 25*

*d lib. 18. in Iob cap. 30 & c. ſunt. diſt. 46.*

*e Ezech. 13.*

*f Ezech. 13.*

ſtruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrant
adulantur, vt quod illi peruerſè agentes ædificant, i
dulantes quaſi nitidum reddant. Qui autem vitiis
cit, & fauet, ne contriſtet peccantium voluntatem,
tam eſt miſericors, quàm qui non vult cultrum ca
puero, ne audiat plorantem; & nõ timet, ne vulnera
dolear, vel extinctum[a].

a c. qui vitijs. 23. q. 5.

Sed illud non otioſè tranſcurrẽdum eſt, quòd vno
cante ira Dei ſuper omnem populum venit. Hoc
modo accidit? Quando, vt D. Hieronymus inquit[b],
cerdotes, qui populo præſunt, erga delinquentes ben
li videri volunt, & verentes peccantium linguas, ne
malè de ijs loquãtur, ſacerdotalis ſeueritatis imme
res, nolunt cõplere, quod ſcriptum eſt[c]: peccantem
omnibus argue, vt cæteri metum habeant. Et item[d]
Auferte malum à vobis ipſis. Nec zelo Dei ſuccenſi
tantur Apoſtolum dicentem[e]: Tradidi huiuſmodi
minem ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus
Neque illud euangelij adimplere ſtudent[f]; vt ſi vide
peccantem primò, ſecretò eum conueniant, pòſt c
duobus, vel tribus adhibitis teſtibus, quos ſi contem
rit, & poſt Eccleſiæ correctionem nõ fuerit emenda
de eccleſia expulſum velut gentilem habeant, aut p
canum: & dum vni parcunt, vniuerſæ Eccleſię mo
tur interitum. Quæ eſt iſta miſericordia, quæ iſta b
tas, vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere? Po
tur enim ex vno peccatore populus, ſicut ex vna
morbida, vniuerſus grex inficitur: ſic & vno fornica
vel aliud quodcumq; ſcelus committente, plebs vni
ſa polluitur. Hinc etiam alibi dicitur: Rectorem ſub
pietas matrem, diſciplina verò patrem exhibeat. V
& Hormiſda Papa[g]: Quæ eſt, inquit, iſta iuſtitiæ ini
bonitas, palpare criminoſos, & vulnera eorum vſq
diem iudicij incurata ſeruare? Verè dico, quia ipſi,
biſcum periculoſa miſericordia indulgere videmur,
ante tribunal Chriſti pro tantis peccatis damnãdi ad
nerint, contra nos cauſam dicturi ſunt, dicẽtes: quòd
ad durã linguæ eorum aſperitatem expauimus, aut
blãdimenta, & periculoſas adulationes ipſorum libe
accepimus, in ijſdem permanere peccatis ijs inutiliter
dulgem

b in c. ſed illud diſt. 45. & Orig. hom. 7. ad cap. 6. & 7. Ioſue.

c 1. Timot. 5. c.
d 1. Corin. 5. c.
e d. ca. 5. Corin.

f Matth. 18.

g c. ſi quis diaconus, diſt. 50. Quæ bonitas inimica ſit iuſtitiæ.

dulgemus, aut ipſa peccata augere permittimus, non recordantes illud, quod in veteri teſtamẽto ſcriptum eſt[a], quia vno peccante contra omnes ira Dei deſæuijt.

a Numer. 6.

Cæterũ quamuis adulationem illicitam eſſe ſatis conſtet, affabilitatẽ tamen ſermonis D. Ambroſij ſententiã ſecuti[b], nõ vituperamus: ſiquidem, hęc ad conciliandam gratiã plurimùm valet, ſed illam volumus eſſe ſincerã, ac ſobriam, ſine vlla adulatione, ne ſimplicitatẽ, ac puritatem alloquij dedeceat ſermonis adulatio. Forma enim eſſe debent clerici cæteris non ſolũ in opere, ſed etiam in ſermone, in caſtitate, ac fide. Quales haberi volumus, tales ſimus, & qualẽ affectum habemus, talem aperiamus, neq; dicamus in corde noſtro verbũ iniquum, quod abſcõdi putemus ſilentio ab eo, qui audit in occulto dicta, qui occulta facit, & cognoſcit ſecreta viſcerũ, qui ſenſum viſceribus infudit. Ergo tanquã ſub oculis cõſtituti iudicis, quicquid gerimus, in luce poſitũ putemus, vt omnibus manifeſtetur.

b lib. 2. offic. cap. 19.

*Affabilitas ſermonis eſt laudanda.*

*Affabilitas qualis eſſe debeat.*

*Clerici alijs debent eſſe forma non ſolùm in opere, ſed etiam in ſermone.*

*De contentione Canonicis, alijsq; clericis vitanda.*

CAP. XIII.

NOn temerè D. Paulus ad Timoth. ſcripſit[c]: Noli cõtendere verbis. Ad nihil enim, inquit, vtile eſt, niſi ad ſubuerſionẽ audientium. Honor autem eſt homini, qui ſeparat ſe à cõtentionibus[d]. Eſt autem cõtẽtio, definitore D. Auguſt.[e] impugnatio veritatis agnitæ, cũ fiducia clamoris. Quæ cum à D. Paulo inter opera carnis numeretur, ſummoperè fugiẽda, & cauẽda venit. Nam qui talia agunt, regnũ Dei non conſequẽtur[f]. Vnde & D. Amb.[g] etiam in familiari ſermone pertinacem abeſſe voluit contentionẽ, quæſtiones enim magis excitare inanes, quã vtilitatis aliquid adferre ſolet. Et ſicut in omni actu vitę id cauere debemus, ne rationẽ nimius animi motus excludat, ſed teneamus conſilij locũ; ita etiã in ſermone formulam eam tenere cõuenit, ne aut ira excitetur, aut odiũ, aut cupiditatis noſtræ, aut ignauię aliqua exprimamus indicia. Sit igitur ſermo huiuſmodi familiaris de ſcripturis maximè. Quid enim magis nos oportet loqui, quã de cõuerſatione optima, adhortatione obſeruationis, diſciplinæq; cuſtodia? Habeat caput eius rationẽ, & finis modũ. Sermo enim tędioſus iras excitat.

c Epiſt. 1. c. 2.

d Prou. 20. c.

e Vt refert Archid. in c. 1. de pœnit. diſt. 2.

f ad Gala. 5. c.

g lib. 1. offic. cap. 22.

*De quibus clericis ſit loquẽdum.*

citat. Quàm verò indecorũ, vt cùm omnis confabu-
habere ſoleat incrementum gratię, habeat næuum o-
ſionis. Quare in octaua generali Synodo cõſtitutum
gitur [a]: Si quis ſemel notatus fuerit inuidiæ, vel con-
tionis vitio, & rurſus in hoc ipſum inciderit, ſciat ſe
mã cauſam, ex qua inuidia, vel cõtentio naſcitur, in-
terioribus medullis habere recõditam. Oportet ergo
per cõtraria, atq; diuerſa curari, id eſt, per humilitat-
xercitiũ. Exercitia verò humilitatis ſunt, ſi ſe vilior-
officijs ſubdat, & miniſterijs indignioribus tradat.
namq; arrogãtię, & humanę glorię vitiũ euitari, vel
rari poterit: vt in conſuetudinẽ humilitatis affectus
iam non incidat in arrogantię, & vanę gloriæ delict-
ſed in ſingulis huiuſmodi vitijs cura ſimilis adhibea-

*a c. ſi quis. diſt. 90. & c. ſi quis ſemel. de pœnit. diſt. 2.*

Cæterum quia contentiones Canonicis potiſſim-
in conuentibus ſuis Capitularibus valdè, proh dolor,
miliares ſunt, in quibus tamen ſe profitentur eſſe ad-
ctandum eccleſiæ negotia, & iuſtitiam adminiſtrand-
memores ſint oportet canonis primi in Concilio To-
tano ij. editi [b]: In loco benedictionis conſidentes D-
mini ſacerdotes, nullus debet aut indiſcretis vocibus
ſtrepere, aut quibuſlibet tumultibus perturbare: nu-
etiam fabulis vanis vel riſibus agi, & (quod eſt deter-
obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effun-
re. Si quis enim (vt Apoſtolus ait [c]) putat ſe religio-
eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducẽs cor ſu-
huius vana eſt religio. Cultum enim ſuum iuſtitia p-
dit, quando ſilentia iudiciorum, obſtrepẽtium turbo-
fundit: dicente Propheta [d]: Erit cultus iuſtitiæ ſilẽti-
Debet ergo quicquid aut conſidentium conſultation-
agitur, aut ab accuſantium parte proponitur, ſic miti-
ma relatione verborum proferri, vt nec contentioſis v-
cibus ſenſus audientium perturbent; nec iudicij vigor-
tumultu eneruent. Quicunque ergo in conuentu con-
hæc, quæ præmiſſa ſunt, violanda crediderit: & cõtra h-
interdicta, aut tumultu, aut contumelijs, vel riſibus co-
ciliũ perturbauerit, iuxta diuinæ legis edictum, quo p-
cipitur [e]: Eijce deriſorẽ, & exibit cum eo iurgiũ, cum o-
mni dedecore de conſeſſione abſtractus, à cõmuni co-
ſecedat: & triũ dierũ excõmunicationis ſentẽtiam fera-

*Contentiones in conuentibus Capitularibus eſſe ſolent.*

*b in cap. in loco. 5. q. 4.*

*Canonici in actibus Capitularibus quomodo ſe gerere debeant.*

*c Iacob. 1.*

*d Iſa. 32.*

*Cultus iuſtitię ſilentium.*

*e Prouerb. 22.*

Eſt & alia inſignis conſtitutio in Concilio Colonienſi[a] edita, ad reformandum, & eliminandum huiuſmodi contentiones, & alia delicta ex conuentibus Capitularibus Canonicorum, in qua inter alia habetur: Inſuper ſub pœna excommunicationis, quam ferimus in his ſcriptis, ſex tamen dierum canonica monitione præmiſſa, diſtrictè præcipimus, & mãdamus omnibus & ſingulis Præpoſitis, Decanis, Canonicis, & Capitulis ciuitatis, & diœceſis Colonienſis, quòd de cætero in antea nullatenus accedant, aut vadant, ad quoſcunque tractatus, collationes, aut collocutiones pro quibuſcunque etiam factis, & negotijs, niſi vigilijs, miſſa defunctorum, & commendatione penitus peractis, & cõpletis, & quòd nemini quotidianas diſtributiones, ſiue præſentias faciant dari, aut diſtribui, neque dent, vel diſtribuant, niſi illi, vel illis, qui in choro fuerint; & quod hoc iurare faciãt Camerarios, aut præſentiarum diſtributores, durantibus ſuis officijs, inuiolabiliter obſeruaturos. Inhibemus etiam diſtrictius præcipiendo omnibus, & ſingulis Canonicis, & cuilibet eorum ſub pœna excommunicationis ſupradicta, vt in tractatibus, & factis Capitularibus, ac alijs collocutionibus, & collationibus quibuſcũque, inter ſe communiter, vel diuiſim habendis, taliter ſint compoſiti & morati, quòd ex hoc eccleſiarum, & eccleſiaſticarum perſonarũ ſcandala, & vituperia, damna, diſpendia, & grauamina non exurgant, & ne per clamores importunos, & diſturbia, aut interruptiones vocum aliorum, & præſertim per opprobria, inſultationes & contumelias ipſi, vel aliquis eorum contra alium, vel alios quomodolibet inſurgat, vel inſurgant: & quòd nec ipſi, vel aliquis eorum per ſe, vel alium, ſeu alios vllo vnquam loco, vel tempore per minas quaſcunque, verbo, vel facto quomodolibet illatas vel inferendas, aut per inſidias, perſecutiones, vel inuaſiones violentas, vel alias iniurias enormes quaſcunq; contra alias perſonas eccleſiaſticas, aut aliquam earum quomodolibet ſæuiant, vel inſurgãt, ſæuiat vel inſurgat publicè vel occultè. Sed iuſtitia, & iuris executione contenti cauſas & quæſtiones inter ſe motas, vel mouendas via iuſtitiæ proſequantur. Alioqui omnes & ſingulos in præmiſſis, culpabiles & rebelles prædicta canonica mo-

*a Anno domini 1390. ſub Frederico habit. cap. 72.*

*Sub vigilijs, miſſa defunctorum & eorundem commẽdatione Capitula celebrari non debent.*

*Contentiones, & aliæ in actibus Capitularibus inſolẽtiæ ſub pœna excommunicationis inhibẽtur.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

nitione præmiſſa, ſententia excommunicationis, q
ferimus in his ſcriptis innodamus. Grauius nihilom
proceſſuri, prout nobis videbitur, iuſtitia mediante.
*a cap. 21.* tres verò in concilio Mogontiaco ſecundo [a], præc
runt, vt in eccleſijs, ſiue atrijs eccleſiarum, vel domi
placita ſecularia minimè fiant : quanto minus rixæ
contentiones, vt in illis fierent, permiſiſſent.

*b celeb. an. 1536 tit. de metrop. cath. & colleg. eccleſ. cap. 16.* Rurſum & in alio Concilio Prouinciali Colonie
ordinatum, & declaratum legitur: Inuidiæ, detractio
que vitium longè omniū peſtilentiſſimum in colle
Canonicorum nō eſt nouum, quod humani generis
ſtis inter fratres ſerere ſemper conatus eſt, quemadm
*c Geneſ. 4.* *d Geneſ. 37.* de Abel & Caim [c]; de Ioſeph & fratribus eius [d] legi
Quin parū aberat, ab omnium ſanctiſſimo illo colle
nempe Apoſtolico, niſi pacificator Chriſtus IESVS in
*e Ioan. 13.* ceſſiſſet, ac ſatanam repētè eieciſſet [e]. Hinc ſæpenu
in clero rixæ, iurgia, & iniuriæ naſcuntur. Hinc m
falſæ criminationes, ęmulationes, obtrectationes, &
*Lingua ordinata in laudem Dei.* lationes oriuntur. Et fit lingua ordinata in laudem D
inquietum malum, plena veneno mortifero. Fit deni
vt in ea, qua benedicimus Deum, & Patrem, in ipſa m
ledicantur homines, qui ad imaginem, & ſimilitudi
Dei facti ſunt, atque ex eodem ore procedit benedic
*f Iacob. 3.* & maledictio. Non oportet, inquit D. Iacobus [f], fra
mei hæc ita fieri : ſed qui ſapientes & diſciplinati i
vos, oſtendant ex bona conuerſatione operationem
in māſuetudine ſapientię. Nam ſi zelū amarum habe
& contętiones ſint in cordibus veſtris, nolite gloria
mēdaces eſſe aduerſus veritatem. Non enim iſta ſapi
*Vbi contentio eſt ibi omne opus prauum.* tia de ſurſum, deſcendens à patre luminum, ſed terre
animalis, diabolica. Vbi enim zelus, & contentio eſt,
inconſtantia, & omne opus prauum. Quæ autem de
ſum eſt ſapiētia, primū quidem pudica eſt, deinde paci
ca, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſe
cordia, & fructibus bonis, nō iudicans, ſine ſimulatio
Fructus enim iuſtitiæ in pace ſeminatur, facientibus p
cem. Proinde ſi quis putat ſe religioſum eſſe nō refræ
*g Concil. Agathenſ. cap. 31. et c. placuit. diſt. 90.* linguā ſuam, ſed ſeducēs cor ſuū, huius vana eſt religi
Agathenſi verò Concilio conſtitutū eſt [g], vt quicum
odio, aut lōginqua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pace

reu

reuocari nequiuerint, primitùs arguantur. Qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intẽtione noluerint, de eccleſiæ cœtu iuſtiſſima excommunicatione pellantur. Decanus ergo vbi viderit intercedere inter fratres diſſenſionis materiam, quæ fraternam dirimat charitatem, huius canonis auctoritate vtatur, ac pro pace ſarcienda, cõſeruandaque, Capituli ſui conſilium atque auxilium imploret, quod inuicem libenter præſtabunt, cuiuſcumque odio, vel amore longè poſtpoſito.

*Pœna aduerſus contentioſos pertinaces.*

*Ab iniurijs, & maledictis abſtinendum eſſe.*

CAP. XIIII.

PRæterea vt clerici honeſtatem ſermonis ſui conſeruent, & tueantur, neceſſum eſt caueant, ne cui iniuriam dicant. Maledictio enim in ore clerici grauiter vituperatur, & punitur. Siquidem à Patribus in Cõcilio Carthaginenſi quarto, cui D. Auguſt. interfuit, ſtatutum legitur[a]: Clericus maledicus maximè in ſacerdotibus cogatur ad poſtulandũ veniam, &, ſi noluerit, degradetur, nec vnquã abſq; ſatisfactione ad officiũ reuocetur[b]. Si verò clericus verba quędã in depreſſionem officij, & beneficij Pontificis Romani protulerit, ille à temeritate ſua cõpeſcendus eſt per iudicẽ ſuum, vt pœna illius alijs terrorẽ incutiat, ne deinceps contra Romanã Eccleſiam in talia verba illi etiam prorũpant[c]. Et licet homo conſueuerit maledicta proferre, cũ fortè conuitijs, atq; iniurijs prouocatur, hoc tamẽ profectò clericis faciendũ non eſt, cũ Chriſtus dixerit, & mandauerit auditoribus ſuis[d]: Diligite inimicos veſtros, benefacite ijs, qui vos oderunt. Benedicite maledicentibus vobis. Orate pro calũniantibus vos. Et D. Petrus præceptoris ſui doctrinam ſecutus[e]: In fide, inquit, omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictũ pro maledicto, ſed è contrario benedicẽtes, quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hereditate poſſideatis: Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coërceat linguam ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Et D. Auguſtinus[f]: Humanum, inquit, iudicium tunc ſcit maledicta proferre, cùm fortè cõuitijs prouocatur.

a *Concil. Carthag. 4. cap. 57.*

b *c. clericus maledicus, diſt. 46.*

c *c. 1. de maled.*

d *Luc. 6. ca. & Matth. 5.*

e *epiſt. 1. cap. 3.*

f *in c. Deus, 24. q. 3.*

Quod

a 1.Petri 3.

Quod vitium volens reſecare Apoſtolus[a],ne ma
maledictis, & conuitia conuitijs prouocemus, ma
neceſſarium ponit, vt benedicamus; quo conuitia
tium reſecetur. Qui verò negligunt oris maledic
ſuetudinem reſecare, etiam ſi non corde maledica
men, vt D. Hieronymus inquit[b], immunditiem l
ſecundum Iſaiæ verbum[c], & inquinamenta oris
runt. Omnis autem ſermo, qui ob hoc profertur,
quem infamet, aut deroget alicui, vel malè comm
maledicus eſt, etiamſi videatur non eſſe iniurioſus[d]

b in c. qui negligunt.24. q.3.
c Iſaiæ 6.
d Baſil. in queſt. diffuſ. explic. cap. 33.

*Quæ maledictio licita.*

Cæterum maledictio, quæ procedit ex zelo iuſti
non vltionis ſeu vindictæ, illa non improbatur; qu
quidem criminoſi ſententia maledictionis feriēdi
Illud autem cum D. Auguſtino[f] non temerè di
quòd ſi quiſquam fidelium fuerit anathematizatu
ſtè, potius ei oberit, qui facit, quā qui hanc patitu
riam: Spiritus[g] enim ſanctus habitās in ſanctis, p
quiſque ligatur, aut ſoluitur, immeritam nulli
pœnam. Per eum quippe diffunditur charitas in
bus noſtris, quæ non agit perperam. Pax eccleſiæ d
tit peccata: & ab eccleſiæ pace alienus tenet pecca
ſecundum arbitrium hominum, ſed ſecundum arbi
Dei. Petra tenet, petra dimittit: columba tenet, colu
dimittit. Item Salomon[h]: Sicut auis in incertum vo
& paſſer quolibet vadens, ſic maledictum fruſtra p
tum venit ſuper illum, qui miſit illud. Nam, vt D.
gorius reſcripſit[i]; inter verba laudantium ſiue vit
rantium, ad mentem ſemper recurrendum eſt. Et ſi
in ea inuenitur bonum, quod de nobis dicitur, mag
triſtitiam generare debet; & rurſum, ſi non in ea inu
tur malum, quod de nobis homines loquuntur, in
gnam debemus lætitiam proſilire. Quid enim ſi no
mnes laudant, & conſcientia liberos nos eſſe demōſt
Habemus Paulum dicentem[k]: Gloria noſtra hæc eſt,
ſtimonium conſcientiæ noſtræ. Iob quoque dicit[l]: E
in cælo teſtis meus. Si ergo eſt nobis teſtis in cælo, te
in corde, dimittamus ſtultos foris loqui, quod volu

e c. cùm ſancti & c. ſi igitur. et c. cùm ergo. & c. certum. 24. q. 3. c. vera iuſtitia. diſt. 45
f in c. illud 11. q. 3.
g epiſt. 45. lib. 8. et in c. inter. 11. q. 3.
h Prouerb. 26.
i Epiſt. 45. lib. 8. & c. inter. 11 q. 3.

*Super iis, quæ de nobis dicuntur, conſcientia conſulenda eſt.*

k 2. Corinth. 1.
l Iob 16.

*Detractionis fructus & effectus.*

Quid enim aliud detrahentes faciunt, niſi quòd in p
uerem ſufflant, & in oculos ſuos terram excitant? vt
de plus detractionis perflant, inde magis nihil verita

videa

videant? Vocandi tamen etiam ſunt ipſi, & tranquillè monendi, eiſque ſatisfieri modis omnibus debet, ſciẽtes, quid de Iudæis veritas dicit [a]: Ne fortè ſcandalizemus eos. Si autem ſatisfieri ſibi ex veritate noluerint, habes conſolationem, quam aſpicias in euãgelio [b]: Cùm enim Domino dictum fuiſſet: Scis quia audito hoc verbo ſcã-dalizati ſunt Iudæi? reſpondit: Sinite illos: cœci ſunt, & duces cœcorum. Paulus quoque Apoſtolus admonet dicens [c]: Si fieri poteſt (quod ex vobis eſt) cum omnibus hominibus pacem habentes. Dicturus, cum omnibus pacem habeamus, hoc difficile eſſe perſpiciens, pręmiſit, ſi fieri poteſt: & ſubiunxit; quod fieri poteſt, cùm dicit: quod ex vobis eſt. Quia ſi nos in mente charitatem erga odientes ſeruare cupimus; & ſi illi nobiſcum pacem non habent, nos tamen cum illis ſine dubio pacem habemus. Hoc inter eos obſeruandum eſt, qui parati ſunt ſuſpicari, quod non vident, parati ſemper reprehendere, nunquam imitari. Apud alios autem, conſcientia eſt neceſſaria nobis, fama illis, qui parati ſunt imitari bona exempla, & non reprehendere [d]. Vnde D. Auguſtinus [e]: Non ſunt audiendi ſiue viri ſancti, ſiue fœminæ, qui quando reprehenduntur in aliqua negligentia, per quam fit, vt in malam veniant ſuſpicionem, vnde ſuam vitam longè abeſſe ſciunt, dicunt, coram Deo ſufficere ſibi conſcientiam, exiſtimationem hominum non ſolùm impudẽter, verumetiam crudeliter contemnentes, cùm occidant animas aliorum ſiue blaſphemantium viam Dei: quibus ſecundum ſuam ſuſpicionem quaſi turpis, quæ caſta eſt, diſplicet vita ſanctorum, vel etiam cũ excuſatione imitantium non quod vident, ſed quod putãt. Proinde quiſquis à criminibus flagitiorum atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi bene facit: quiſquis autem etiam famam, & in aliis eſt miſericors: nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra. Et idem alibi [f]: Nolo, inquit, vt aliquis de vobis inueniat malè viuendi occaſionem. Prouidemus enim bona, vt ait Apoſtolus [g] non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Propter nos conſcientia noſtra neceſſaria eſt nobis, propter vos fama noſtra non pollui, ſed pollere debet in vobis. Duæ res ſunt conſcientia, & fama, conſcientia neceſſaria eſt

tibi,

a *Matth.17.*
b *Matth.15.*
c *Rom.12.*
d *gl. in c. ſentẽ. 11. q. 3.*
e *in c. nõ ſunt. 11. q. 3.*
f *in c. nolo. 12. q. 1.*
g *Rom. 12. & 2. Corinth. 8.*

*Conſciẽtia nobis eſt neceſſaria, fama proximo.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tibi, fama proximo tuo. Qui confidens conſcienti
gligit famam, crudelis eſt. Vnde etiam & alibi d
Paratus debet eſſe homo iuſtus, & pius, patienter
malitiam ſuſtinere, quos fieri bonos quęrit, vt p
numerus creſcat bonorum, non vt pari malitia
numero addat malorum. Denique iſta præceptan
ſunt ad præparationem cordis, quàm ad opus, qu
aperto fit, vt teneatur in ſecreto animi patientia, cu
neuolentia. In manifeſto autem id fiat, quod eis vi
prodeſſe, quibus bene velle debemus.

*Qui confidens conſcientię ſuę negligit famã, crudelis eſt.*

a *epiſt. 4. ad Marcel. & in c. paratus. 23. q. 1.*

Hinc & D. Baſilius clericis in Neocæſarea ſcrib
ait: Concordia quidem odij contra nos, &, quòd a
omnes ſequimini præfectum belli contra nos, per
me æqualiter ad omnes conticeſcere, & neque lite
micis, neque aliqua conuerſatione laceſſere, ſed in
tio mœrorem meum concoquere. Quandoquidem
ad calumnias conticeſcere non oportet, non vt per
traditionem noſipſos defendamus, ſed vt ne m
dacio ſucceſſum permittamus, & deceptos in dam
ſinamus, neceſſarium viſum eſt mihi, & hoc prop
omnibus, & veſtræ prudentiæ ſcribere, etiamſi n
vbi omnibus presbyteris ſcripſimus, nullo à vob
ſponſo digni facti fuerimus. Ne aſſentimini fratre
qui praua dogmata animis veſtris inducunt, neque
mittite, vt contemnatis in veſtra cognitione, ac v
ſcientibus, populum Dei per impia dogmata ſubuer

b *epiſt. 63.*

*Ad calumnias non oportet tacere.*

Porrò cùm fortius punienda ſint crimina, quæ in
tibus, & maximè ſacratis hominibus inferuntur; cler
alium in ſacris conſtitutum calumniãs priuatur off
& verberatus publicè in exilium mittitur, ſi ſuccum
in cauſa c; ſi ea pœna plectendus fuiſſet, quem accu
& quatenus pœna accuſati congruat accuſatori d. C
ricus tamen denuntiator criminis in probatione d
ciens generatim ab officio, & beneficio ſuſpenditur,
nec canonicè ſuam purgauerit innocẽtiam, ſcilicet q
non calumniandi animo ad huiuſmodi crimina pro
nenda proceſſerit; & hoc potiſſimum locum habe
eo, qui Prælati ſui exceſſus ſeu crimina denuntiauerit
cæteri ſimili pœna perterriti, ad infamiam ſuorum fa
lè non proſiliant Prælatorum e. Quocirca Panormi

*Calumniantiũ pœna.*

c *c. 1. de calũniator. & c. quia iuxta. 5. q. 6.*

d *Anth. de Ent. & Panor. in d. c. 1.*

e *c. clericus. 5. q. 4. c. ſtatuimus. 11. q. 1. c. fin. d. tit. de calum. vide c. grauem. de exceſſ. Prælat.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nus dicit[f], præfatam pœnam ſuſpenſionis procedere, etiam ſi denuntians intenderet pœnitentiam tantum, nō pœnam eſſe imponendam. Si quis verò electionem, poſtulationem, vel prouiſionem factam impugnat, in formam obijciens aliquid, vel perſonam, & plenè non probauerit, quod in formam opponit, ad expenſas, quas propter hoc pars altera ſe feciſſe docuerit cōdemnatur. Qui verò in probatione defecerit eius, quod obijcit in perſonam, à beneficijs eccleſiaſticis triennio ſe nouerit ſuſpenſum. Ad quæ ſi intra illud tempus propria temeritate ſe ingeſſerit, eis ipſo iure perpetuò eſt priuatus, nullam ſuper hoc de miſericordia ſpem aut fiduciam habiturus: niſi manifeſtiſſimis conſtiterit documentis, quòd ipſum à calumnię vitio cauſa probabilis & ſufficiens excuſaret [a].

f in d.c.fin. quē alleg. Diaz in pract. crim. can.

*Prouiſionem alicuius calūnijs impugnās, qua pœna mulctandus ſit.*

a c.1. de elect. in 6.

*Murmurationem fugiendam eſſe.*

## CAP. XV.

QVia nulla re Deum magis offendiſſe populus Iudaicus dicitur, quàm contra Deum murmurādo, idcirco D. Paulus Corinthijs ſcribēs [b]: Ne, inquit, murmuraueritis, ſicut quidā murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore [c]. Quoniā qui contra ſuprapoſitā ſibi poteſtatem murmurat, liquet quòd illum redarguit, qui eandem homini poteſtatē dedit [d]. Quocirca D. Paulus Philippēſibus mandat [e], vt omnia faciant ſine murmurationibus, & hæſitationibus, vt ſint ſine querela, & ſimplices filij Dei, ſine reprehēſione in medio nationis prauę, atq; peruerſę. Sed vtinā addi iam de clericis poſſet, quod ille laicis ibi attribuit dicendo: Inter quos lucetis, ſicut luminaria in mūdo, verbum vitę continentes ad gloriam meā in die Chriſti. Si murmurationes, & rebelliones in clericis, & potiſſimū Canonicis cōtra ſuos Superiores tātę non fuiſſent, proculdubio tātas Deus clero non immiſiſſet plagas, & calamitates. Quamobrē perpetuò aurea hęc ſapiētis ſentētia [f] memorię eorum fixa inhęreat, vel parietibus Capituli, aut tēpli inſcribatur: Auris cęli audit omnia, & tumultus murmurantiū non abſcōdetur. Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ, quoniam ſermo obſcurus in vacuum non ibit. Hinc nō temerè in octaua Synodo

b 1. Corinth. 10 cap.

c. Exod. 15. & 16. cap.

d Greg. in moral. lib. 25. c. 22.

e cap. 2.

f Sap. 1. cap.

*Inſignis contra murmurantes ſententia.*

*a c. alienus. diſt. 90.* *Murmuratores quomodo puniendi.* b *1. Corinth. 10*

Synodo generali conſtitutum fuit[a]: Alienus fr
trum vnitate, qui murmurat, & opus eius abijcia
murmurans extiterit: Ne pœnam murmurantium
rat, de qua Apoſtolus ſcribit[b]: Neque enim murm
ritis ſicut quidam murmurauerunt, & perierunt
terminatore. Iuxta menſuram itaque operis pœ
(quod in hac ſententia Apoſtoli plenius declara
cerdotis iudicio pœniteat[c].

*c Iuo parte 3. decret. cap. 53.* d *Eccleſ. 10.*

Vir prudens & diſciplinatus, vt ſapiens inquit[d]
murmurabit correptus. Nam etiamſi ignoret cu
patitur, per hoc tamen ſe iuſtè pati arbitratur, q
illo iudicatur, cuius nunquam iniuſta iudicia ſu
quis verò videtur contentioſus eſſe, dicente Apoſ
Nos talem conſuetudinem non habemus, neque Ec
Dei; ſi quis hoc facit, ex decreto Hilarij Papę[g] no
vſquequo corrigatur. Frequens enim & vſitata Ca
corum capitulantium vox hæc eſt cõtra Superiore
reformationem inducere, & deprauatos eorum
corrigere conantes: Nos talem conſuetudinem no
bemus. Sed huiuſmodi in lingua laſciui triduana
tentia expiandi eſſent[h]. Imò quia Apoſtolus dicit[i]
que maledici regnum Dei poſſidebunt: Ex ſentẽti
ronymi[k], ſi quis hoc peccatum admiſerit, tam g
pœnitere debet, quàm grande perpetrauit ſcelus,
regno Dei non ſeparetur.

*e Iſid. de ſum. bon. lib. 3. c. 4.* f *1. Corint. 11.* g *Iuo 13. part. decret. cap. 56.*

*h Iuo d. parte, cap. 57.* i *1. Corinth. 6.* k *vt habet Iuo parte 13 decret. cap. 52.*

Hinc D. Auguſtinus fratribus ſuis ſermonem fac
O quàm peſtis miſera, & mortalis eſt, inquit, ipſa
muratio, ô quàm venenoſa. Hęc enim eſt, quę co
tus clericorum, & ciuitates multas deſtruxit. E
grande periculum eſt inter murmuratores habitar
expellendi ſunt tales, ne cęteri corrumpantur pe
Deponite murmura, claudite intra dentes linguam
nite cuſtodiam ori veſtro, & ſilete. Non ſolùm à m
ſed etiam quandoque à bonis ſilere laudabile eſt. A
nim ſanctus Propheta[m]: Silui à bonis. Nam bonum
que proferre non debemus, ſed tempus proferendi
ſcamus in cunctis. Eſtote igitur non loquaces, ſed
ces: calcate murmurationes,[l] & fugite eas vt mor
Nam murmurare, detrahere, vel deſpicere, hypocrita
conditio eſt, & ignorantium. Murmurare denique &

*l Sermone 26.* *Murmuratio conuentus clericorum, & ciuitates multas deſtruxit.*

*m Pſalm. 38.* *Bonũ vbique proferre non debemus.*

Citati

trahere hypocrita non ſatiatur de omnibus maledicens, vt ipſe ſolus cunctis prædicetur beatus. Omnia iudicat, vt nemo ſit, qui eum audeat iudicare. Omnia deſpicit, vt ipſe ſolus ſit, qui ab omnibus aſpiciatur.

Et D. Bernardus [a]: Cùm, inquit, eligit homo eſſe in congregatione multorum, nunquid eliget eſſe magiſter, qui nondum diſcipulus fuit? & docere, qui didicit nunquam? Eligit abiectus eſſe in domo Dei ſui, & ſubiectus eſſe magiſtro, ſub quo frangatur eius voluntas, & obedientiæ fræno concupiſcẽtia reprimatur: ſitque quod ait Propheta [b], Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Nec dedignandũ ſeruo, quod præceſſit in Domino. Siquidem non eſt ſeruus maior Domino ſuo [c]. Sed iam tibi in obedientię via aliqua fortaſſis dura, & aſpera occurrere poſſunt, vt accipias interdum præcepta nonnulla, quæ licet ſalubria ſint, minus tamen ſuauia videantur. Hac ſi moleſtè cæperis ſuſtinere, ſi dijudicare Pręlatum, ſi murmurare in corde, etiam ſi exterius impleas quod iubetur, nõ eſt hæc virtus patientiæ, ſed velamentum malitiæ. Neceſſe eſt ergò, vt illuceſcat dies patiẽtiæ, per quam omnia dura, & aſpera, tacita amplectaris conſcientia. Ergò ne incurrat, qui currit, illuminari neceſſe eſt lumine diſcretionis, quæ mater virtutũ eſt, & conſummatio perfectionis. Hæc nimirum docet, ne quid nimis. At verò quia omnino rara iſta auis eſt in terris, huius diſcretionis locum in vobis, fratres, ſuppleat virtus obedientiæ, vt nihil plus, nihil minus, nihil aliter quàm imperatũ ſit faciatis.

*a in ſerm. 3. de circũciſio. Domini.*

*In cõgregatione multorum agere cupiẽtis, quæ debeat eſſe intentio.*

*b Pſal. 65.*

*c Ioann. 13.*

*Ne in corde quidem murmurandum eſt.*

*Diſcretio mater virtutũ eſt, & cõſummatio perfectionis, eámq; ſupplet obediẽtia.*

Et idem alibi [d]: Multos, inquit, videmus poſt præcipientis imperiũ multas facere quæſtiones; Cur, quare, quamobrem, ſæpius interrogare, crebras ingeminare querelas, quęrere, quare hoc præcipit, vnde hoc venit, quis hoc adinuenit cõſilium. Inde murmuratio, inde verba murmurationem, & indignationem ſonantia, & redolẽtia amaritudinem. Inde frequens excuſatio, ſimulatio impoſſibilitatis, aduocatio amicorum: Non ſic Abraham. Audi quid Dominus de ſimplici populo proteſtetur: In auditu, inquit [e], auris, obediuit mihi, vt videlicet oſtenderet vno eodemque momento proceſſiſſe & imperantis imperiũ, & obſequium obſequentis.

*d in ſerm. de virt. obedien.*

*Hæc ſunt Canonicorũ contra reformationem verba.*

*e Pſal. 17.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Quàm graue, & abominandum ſit detractionis vitium*

## CAP. XVI.

a *celeb. an. 1536 tit. de metrop. cathe. et colleg. eccle. cap. 16.*

QVIA ſupra ex concilio Colonienſi [a] dictum
detractionis vitium in collegiis Canonicoru
eſſe nouum; nunc quàm illud graue, & abomi
dum ſit, paucis demonſtrabimus, vt eo cognito e
eradicari, & expelli poſſit. In primis enim Sapiẽs fi

b *Prouerb. 24.*

ſuũ inſtruẽs [b]: Time, inquit, Dominũ, fili mi, & Re
& cum detractoribus nõ commiſcearis, quoniã rep

c *ad Rom. 1.*

conſurget perditio eorũ. Quia vt D. Paulus cẽſuit [c]
ſunt odibiles. Et idcirco Zepherinus Papa diuina auc

d *epiſt. 1. et in c. detractores. 3. q. 4.*

tate eradicandos eos eſſe pronũtiauit [d]. Vnde Anac
Papa [e]: Si, inquit, detractores quorumcumq; grauit

e *epiſt. 2. & c. deteriores. 6. q. 1. & c. accuſatio. 2. q. 7.*

dicãtur, & in perditionis laqueũ cadunt: multò mag
ceratores, & detractores, atq; accuſatores famulor
damnantur, & in barathrũ (niſi ſe correxerint, & p
rum ſatisfactionẽ condignam egerint pœnitentiã)

*Dira in detractores ſentẽtia.*

bitãter cadunt, & vindicibus flãmis exuruntur. De

f *Exod. 22. cap. & in c. ſacerdotibus. 11. q. 1.*

dotibus enim prius dixerat Dominus [f]: Diis non d
hes. Hanc autẽ ſententiam de ſacerdotibus intellig
eſſe, liquet ex D. Gregorij epiſtola [g] Mauritio Impera

g *epiſt. 31. lib. 4. & ex d. c. ſacerdotibus.*

ſcripta, vbi inter alia inquit: In diuinis eloquiis [h] ſac
tes aliquãdo dij, aliquãdo angeli vocãtur. Nã & ad I

h *Exod. 22.*

ſen de eo, qui ad iuramentũ deducẽdus eſt, dicitur: A

i *Exod. 22.*

ca illũ ad deos, id eſt, ad ſacerdotes. Et rurſus ſcript

k *Malach. 2.*

Diis non detrahes, id eſt, ſacerdotibus. Et Propheta
Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiã, id eſt iuſtitiã, &
exquirũt ex ore eius, quia angel⁹ Domini exercitu

l *in c. cùm ex iniũcto. de hæret.*

Et Innocentius 3 vniuerſis Chriſtifidelibus ſcrib
Licet, inquit, ſcientia ſit valde neceſſaria ſacerdoti

m *Malach. 2.*

doctrinam, quia iuxta verbũ Propheticum [m], labia ſa
dotis cuſtodiũt ſcientiam, & legẽ exquirunt ex ore
non eſt tamen ſimplicibus ſacerdotibus etiã ſchola
detrahẽdum, cùm in eis ſacerdotale officium debea

n *Exod. 22.*

norari, propter quod Dominus in lege præcepit [n]
non detrahes, ſacerdotes intelligẽs, qui propter exc

*Sacerdotes cur Dij appellẽtur.*

tiam ordinis, & officij dignitatem, deorum nomine
cupantur. Nec quiſquam ſuæ præſumptionis audaci
defendat exemplo, quod aſina legitur reprehendiſſe
phetam, vel quod Dominus ait [o]: Quis ex vobis a

o *Ioan. 8.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

me de peccato? Cùm aliud ſit fratrem in ſe peccantem occultè corripere (quod quiſque tenetur efficere ſecundum regulam euangelicam, in quo ſanè caſu poteſt intelligi, quod Balaam fuit correptus ab aſina [a]) & aliud eſt fratrem ſuum delinquentem reprehendere manifeſtè. Quod vtique nulli licet, ſecundum euangelicam veritatem. Nam qui etiam dicit fratri, fatue, reus erit gehennæ ignis [b]. Rurſus, aliud eſt, quod Prælatus ſponte de ſua confiſus innocentia, ſubditorum ſe accuſationi ſupponit (in quo caſu premiſſum Domini verbum debet intelligi) & aliud eſt quod ſubditus non tam animo reprehendendi quàm detrahēdi exurgit temerarius in Prælatum, cùm ei potius incumbat neceſſitas obſequendi.

*a Num.22.*

*b Matth.5.*

D. verò Iacobus huius peccati detractionis grauitatē non ignorans: Nolite, inquit [c], detrahere alterutrum, fratres mei. Qui enim detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, ſed iudex. Ille autem iudicat legem, qui dicit aliquid non iuſtè præceptum, & ignorantiā non habere peccatum: & fruſtra offerri victimas pro errore, quod peccati non habet conſcientiam. Neque enim in lege ratio quæritur, ſed auctoritas [d]. Et D. Petrus [e]: Deponentes omnem malitiam, & omnē dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes rationabiles & ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem. Quem locum D. Auguſtinus explicans [f]: Agite, inquit, ad ſanctæ inſtar admoniti infantiæ, deponite malitiā, dolum, adulationē, & inuidiam, & detractionem. Hanc innocentiam ſic habere debetis, vt eā creſcendo nō amittatis. Quid eſt malitia, niſi nocendi amor? Quid eſt dolus, niſi aliud agere, & aliud ſimulare? Quid eſt adulatio, niſi fallaci laude ſeductio? Quid eſt inuidia, niſi odiū felicitatis alienę? Quid eſt detractio, niſi mordacior, quàm veracior reprehēſio? Malitia malo delectatur alieno. Inuidētia bono cruciatur alieno. Dolus duplicat cor. Adulatio duplicat linguā. Detractio vulnerat famā. Et D. Paulus Corinthiis ſcribēs [g]: Timeo, inquit, ne fortè cùm venero nō quales volo inueniā vos, & ego inueniar à vobis, qualē non vultis, ne fortè contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones,

*c cap.4.*

*Iudicare legem quis dicatur.*

*d Hieron. aduerſ. Pelag. lib. 1.*

*e epiſt.1. cap.2.*

*f lib.50. Hom. 20.*

*Malitia quid ſit.*

*Dolus.*

*Adulatio.*

*Inuidia.*

*Detractio.*

*g 2. Corint.12.*

detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones
inter vos. Rurſus D. Petrus referente & teſtante B.
mente papa & martyre, illius in pontificatu ſucceſſ
a epiſt.1. & c. homicidiorũ. de pœniten. diſt.1. & diſcipulo[a], Homicidiorum tria genera eſſe dic
& pœnam eorum parilem fore docebat: Sicut enim
micidas, interfectores fratrum: ita & detractores eo
eoſque odientes, homicidas eſſe manifeſtabat. Qu
qui occidit fratrem ſuum, & qui odit, & qui detrah
pariter homicidæ eſſe monſtrantur. Omnes etiam
nalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam, a
nere, & bonam eorum conuerſationem, ac innocen
omnibus monſtrare rogabat. Ex corde enim cuncto
tentius inuicem diligere inſinuabat, & veram frate
tem inter ſe habere docebat. Et infrà: Non eſſe ſupe
non vinolentum, nec multùm edacẽ, non ſomnolen
non pigrum, non murmuratorem, nec detractorem
qui detrahit, non ſe tantùm, ſed & multos alios oc
b in epiſt.2. Et idem alibi[b]: Hæc nos familiarius docebat, & hæ
bis publicitus prędictus magiſter, & inſtructor, atque
dinator noſter Princeps Apoſtolorum Petrus in ec
prædicabat, exẽplum dans, vt & nos ſimiliter facia
Humiliamini, inquit, in conſpectu Domini, & exal
vos. Nolite detrahere alterutrum, quoniam qui detr
fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, &
cat legem. Qui autem iudicat legem, non eſt factor
ſed iudex. Vnus eſt enim legiſlator & iudex, qui p
perdere, & liberare: tu autem, quis es, qui iudicas p
mum? Et infra: Non enim, inquit, rectè diligit Deum
fratrem inſequitur, nec diligit proximũ, qui ei detr
vel qui illum accuſat. Quia quod ſibi quis fieri non
hoc alteri nullatenus facere debet.

c epiſt.3. & in c. ſumma. 6. q. 1. Et Alexander Papa 1.[c] Humana, inquit, iniquita
fratres, detrahere, & accuſare. Vnde ſcriptũ eſt[d]: O
d 1. Ioan.3. qui detrahit fratri ſuo homicida eſt, & omnis hom
non habet partem in regno Dei. Anacletus verò Pa
e epiſt.3. & in c. deteriores. 6. q.1. martyr[e]: Deteriores, inquit, ſunt qui doctorum vi
moreſque corrumpunt, his, qui ſubſtantias aliorum
diaque diripiunt. Ipſi enim ea, quæ extra nos ſunt,
noſtra ſint, auferunt: noſtri quoque detractores, &
rum corruptores noſtrorum, ſiue qui aduerſus no

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mantur, propriè noſipſos decipiũt, & ideo iuſtè infames ſunt, & meritò ab eccleſia extorres fiunt. Caueat itaque vnuſquiſque, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id eſt, ne aut ipſe aliis detrahat, aut alios detrahentes audiat. Sedens, inquit Propheta [a], aduerſus fratrem tuum loquebaris detrahendo, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Parcant ſinguli detractioni linguæ, cuſtodiantque ſermones ſuos, & ſciant, quia cuncti, qui de aliis loquuntur ſua ſententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officium ſingulorum ſit dilectiſſimi, non ſolùm oculos caſtos ſeruare, ſed & linguã. Nec quicquid in cuiuſquã domo agatur alia domus vnquam per eos nouerit, habeant omnes ſimplicitatem columbæ, nec cuiquã machinentur dolos, & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplantentur inſidiis [b]. Huc pertinet & illud D. Gregorij [c]: Sunt, inquit, plurimi, qui vitã bonorum fortaſſe amplius quàm debent, laudant, & ne qua elatio de laude ſubrepat, permittit omnipotẽs Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere: vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur. Hinc eſt, quod Doctor gentium [d] ſe in prædicatione carrere teſtatur inter infamiam, & bonam famam. Et infra: Quapropter manifeſtum eſt diabolum (qui ſicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret) cordibus plebium ſuadere, vt doctoribus, atque paſtoribus ſuis detractiones irrogent, vel eos accuſent, vt plebes langueſcentes, non tenẽtibus paſtoribus fræna eorum, laſciuiant, atque in ima ruant, vt ſaltem ſic periclitari poſſint. Multum verò diſtant damna morum à damnis rerum temporalium: cùm iſta extra nos ſint, illa verò in nobis. Peius autem malum fore non exiſtimo, quàm Chriſtianos ſuis inuidere ſacerdotibus.

*a Pſal. 49.*
*b c. ex merito, 6. q. 1.*
*c epiſt. 39 lib. 9. et in c. ſunt, 6. q. 1.*
*Cur Deus permittat, vt mali bonis detrahant.*
*d 2. Corinth. 6.*
*Peſſimum malum eſt inuidere ſacerdotibus.*

D. verò Hieronymus oſtendens, quàm hoc vitium detractionis ſit fugiẽdum [e]: Nulli, inquit, vnquam omnino detrahas, ne aliorum vituperatione te laudabilem videri malis: Magiſque vitam tuam ordinare diſce, quàm alienam carpere. Ac ſemper ſcripturę memor eſto, dicẽtis [f]: Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Pauci admodum, qui huic vitio renuntiãt, raroque inuenies, qui ita vitam ſuam irreprehenſibilem exhibere velint, vt non libenter

*e in epiſt. ad Celant.*
*Nulli vnquã omnino detrahendum eſt.*
*f Prouerb. 20.*

reprehendant alienam. Tantaq; huius mali libido
num mētes inuaſit, vt etiam qui procul ab aliis vi
ceſſerunt, in iſtud tamen quaſi in extremum diab
quęum incidant. Tu verò hoc malum ita effuge, v
modò ipſe non detrahas, ſed ne alij quidem detr
aliquando credas: nec obtrectatoribus auctorita
conſenſu tribuas, ne eorum vitium nutrias ann
Noli, inquit ſcriptura, conſentaneus eſſe cum dero
bus aduerſus proximum tuum, & non accipies ſup
peccatum. Et alibi [a]: Sepi aures tuas ſpinis, & noli
linguam nequam. Vnde & B. Dauid diuerſas inno
ſpecies iuſtitiæq; dinumerans, de hac quoque viru
tacuit, dicendo [b]: Et opprobrium non accepit ad
proximos ſuos. Propterea quod ipſe non ſolùm ad
tur, ſed etiam perſequitur detrahentem. Ait enim
trahentem ſecretò proximo ſuo, hunc perſequeba
ſanè tale hoc vitium, quod vel inprimis extingui d
& ab iis, qui ſe ſanctè inſtituere volunt, prorſus e
Nihil enim tam inquietat animum, nihil eſt qu
mobilem mentem ac leuem faciat, quàm facilè t
dere, & obtrectatorum verba temerario mentis a
ſequi. Hinc enim crebræ diſſenſiones, hinc odia i
naſcuntur. Hoc eſt, quod ſæpe de amiciſſimis etia
micos facit, dum cōcordes quidem, ſed credulas a
maliloqua lingua diſſociat. At contra magna qui
mi, magnaque eſt morum grauitas, non temerè d
quam ſiniſtri quid audire. Beatúſque eſt, qui ita ſe
hoc vitium armauit, vt apud eum detrahere nem
deat. Quod ſi hæc in nobis eſſet diligentia ne paſſi
trectatoribus crederemus, iam omnes detrahere ti
ne non tam alios, quàm ſeipſos viles detrahēdo fac
Sed hoc ideo malum celebre eſt, idcirco in multis
hoc vitium, quia penè ab omnibus libenter auditu
Et idem ad Nepotianum de vita clericorum ſcri
Caue, inquit, ne aut linguam aut aures habeas pru
id eſt, ne aut ipſe aliis detrahas, aut alios audias d
hentes. Sedēs aduerſus fratrem tuum, loquebaris, &
uerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Hæc f
& tacui. Exiſtimaſti inique quod ero tibi ſimilis? A
te, & ſtatuam contra faciem tuam [d]. Parce à detracti
ling

*Detrahēti nunquam credendum.*

*a Eccleſ. 28.*

*b Pſal. 14.*

*c Pſal. 100.*

*Detractionis incommoda.*

*Beatus eſt, apud quem detrahere nemo audet.*

*Detractio penè ab omnibus libenter auditur.*

*d Pſal. 49.*

linguæ; cuſtodi ſermones tuos, & ſcito, quia per cuncta, quæ de aliis loqueris, tua conſcientia iudicaris; & in his ipſe deprehenderis, quæ in aliis arguebas. Neque verò iuſta illa eſt excuſatio, referentibus aliis, iniuriam facere non poſſum. Nemo inuito auditori libẽter refert. Sagitta in lapidem nunquam figitur: Interdum reſiliens percutit dirigentem. Diſcat detractor, cùm te videt non libenter audire, non facilè detrahere. Cum detractoribus, ait Salomon [a], ne miſcearis: quoniam repentè veniet perditio eorum, & ruinã vtriuſq; quis nouit? Tam videlicet, illius qui detrahit, quàm illius qui aurẽ accõmodat detrahẽti.

*Per illa, quæ de aliis loqueris tua cõſcientia iudicaris.*

*Cum detractoribus ne miſcearis.*

a *Prouerb.* 24.

Idem quoque ſimile quid ad Ruſticum de viuẽdi forma ſcripſit: Nulli detrahas, nec in eo te ſanctum putes, ſi cæteros laceres. Accuſamus ſæpe quod facimus, & contra noſmetipſos diſerti in noſtra vitia inuehimur: muti de eloquentibus iudicãtes. Teſtudineo Grunnius incedebat ad loquẽdum gradu, & per interualla quædam, vix pauca verba carpebat, vt eum putares ſingultire, non proloqui. Et tamen cum mẽſa poſita librorum expoſuiſſet ſtruem, adducto ſupercilio, contractiſq; naribus, ac fronte rugata duobus digitulis concrepabat: hoc ſigno ad audiendũ diſcipulos prouocãs. Tum nugas meras fundere, & aduerſum ſingulos declamare. Creticũ diceres eſſe Lõginum, Cenſoriumq; Romanę facũdiæ. Notare quẽ vellet, & de ſenatu doctorũ excludere. Hic bene numatus plus placebat in prãdiis. Nec mirum, ſi, qui multos ineſcare ſolitus erat, facto cuneo cicũſtrepentium garrulorũ procedebat in publicum, intus Nero, foris Cato. Totus ambiguus, vt ex contrariis diuerſiſq; naturis vnũ monſtrum, nouamq; beſtiã diceres eſſe cõpactam; iuxta illud poëticum: Prima leo, poſtrema draco, media ipſa chimera. Nũquam ergo tales videas, nec huiuſmodi hominibus applieeris, nec declines cor tuũ in verba malitiæ, & audias [b]: Sedẽs aduerſus fratrẽ tuũ, loquebaris, & aduerſus filiũ matris tuę ponebas ſcandalũ [c]. Et iterũ [d]: Filij hominũ, dẽtes eorũ arma, & ſagittę. Et alibi [e]: Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleũ, & ipſi ſunt iacula. Et apertius in Eccleſiaſta [f]: Sicut mordet ſerpẽs in ſilẽtio, ſic qui fratri ſuo occultè detrahit.

b *Pſal.* 140.

c *Pſal.* 49.
d *Pſal.* 56.
e *Pſal.* 54.
f *Eccleſ* 10.

Sed dices: Ipſe non detraho, aliis loquentibus quid facere poſſum? Ad excuſandas excuſationes in peccatis,

*Excuſatio detrahentem audiẽtis, eiuſque refutatio.*

iſta prætendimus. Chriſtus arte non illuditur: Ne
*a Galat. 6.* quā mea, ſed Apoſtoli ſententia eſt[a]; Nolite errare, D
non irridetur. Ille in corde, nos videmus in facie. Sa
*b Prouerb. 25.* mon loquitur in Prouerbiis[b]. Ventus aquilo diſſipa
bes, & vultus triſtis linguas detrahentium. Sicut e
ſagitta, ſi mittatur contra duram materiam, nonnūqu
in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerantem, ill
que completur[c]: Facti ſunt mihi in arcum prauum.
*c Pſal. 77.* *d Ecclеſ. 27.* alibi[d]: Qui mittit in altū lapidem, recidet in caput e
Ita detractor, cùm triſtem faciem viderit audientis, i
ne audientis quidem, ſed obturantis aures ſuas ne au
iudicium ſanguinis, ilico conticeſcit; pallet vultus; ha
*e Prouerb. 24.* labia, ſaliua ſiccatur. Vnde idem vir ſapiens[e]: Cum
tractoribus, inquit, ne miſcearis, quoniam repente v
ret perditio eorum, & ruinam vtriuſq; quis nouit? T
ſcilicet illius, qui loquitur, quàm eius, qui audit loque
*Veritas angulos non amat.* Veritas angulos non amat, nec quęrit ſuſurrones. Ti
theo dicitur: Aduerſus presbyterum accuſationem
*Aduerſus presbyterum accuſatio non facile recipienda.* ne receperis. Peccantem autem coram omnibus argu
& cæteri metū habeant. Non eſt facile de prouecta a
credendum, quam & vita præterita defendit, & hono
*1. Timoth. 5.* vocabulum dignitatis. Verùm quia homines ſumus,
interdum cōtra annorum maturitatem, puerorum vi
labimur, ſi me vis corrigere delinquentem, apertè inc
pa, tantùm ne occultè mordeas. Corripiet me iuſtus
miſericordia, & increpabit. Oleum autem peccatoris
impinguet caput meum. Quem enim diligit Deus co
pit; caſtigat autem omnem filium, quem recipit. Et p
*f Iſa. 3.* Eſaiam[f] clamat Dominus: Populus meus, qui bea
vos dicunt, ſeducunt vos, & ſemitas pedum veſtroru
ſupplantant. Quid enim mihi prodeſt, ſi aliis mala re
ras mea? Si me neſciente, peccatis meis, imo detractio
bus tuis alium vulneres, & cùm certatim omnibus na
res, ſic ſingulis loquaris, quaſi nulli dixeris alteri? Hoc
non me emendare, ſed vitio tuo ſatisfacere. Præcipit Do
*g Matth. 18.* minus[g] peccātes in os argui debere ſecretò, vel adhibi
teſte, & ſi audire noluerint, referri ad Eccleſiam, haben
doſque in malo pertinaces, ſicut ethnicos, & publican

Quoniam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Quantum mali in Eccleſiam proferat detractio.*

## CAP. XVII.

QVANQVAM ex præmiſſis euidenter ſatis conſtet, detractionem grauiter lædere honeſtatem, tamen quia cenſore D. Ioanne Chryſoſtomo, nihil eſt quod Eccleſiam Dei ita deſtruat, & diſſoluat, quid ipſe de illa pronuntiauerit [a], non grauabimur in medium proferre: Quid, inquit, illis diſcipulis D. Pauli fuerit beatius, quid autem nobis miſerius? quandoquidem illi ſanguinem, & animam pro præceptoribus promittebant. Nos autem neque breue verbum pro communibus patribus emittere audemus, cùm audiamus eis maledici, & conuitiis eos proſcindi, & blaſphemari, & à ſuis, & ab alienis. Nam maledicentes neque compeſcimus, neque reprehendimus, neque prohibemus. Vtinam ne ipſi primi accuſatorũ ſimus. Sanè non tanta ab infidelibus conuitia, & probra, quanta in principes ab his, qui nobis iuncti religione videtur fidelibus iaci videbit aliquis. Vltra hîc quærimus, vnde hæc ignauia, & vnde hic pietatis cõtemptus euenit, quod ſic hoſtiliter erga patres noſtros ſumus affecti? Nihil eſt, quod Eccleſiam Dei ita deſtruere, & diſſoluere poteſt, vt quando diſcipuli magiſtris, & patribus filij, & principibus ſubditi non magno ſtudio cohærent. Diuina voce, ſi quis fratrum cuipiam maledicit, à ſacrarum ſcripturarum lectione excluditur. Vt quid enim accipis, ait [b] teſtamentum meum per os tuum? Et cauſa poſita dicit: Sedens contra fratrẽ tuum obloqueris. Patrem accuſans dignum te putas, qui diuina veſtibula accedas? Quomodo hoc congruet? Nam ſi maledicentes patri, vel matri morte moriuntur iuxta legem: quali iudicio dignus eris, qui maledicere, ſeu detrahere audes ei, qui parentibus illis magis neceſſarius eſt, & melior? An non timeas, ne aperiat ſe terra, & totum te abſorbeat? vel fulmen ſupernè in te adigatur, & maledicam illam linguam comburat? Non audiſti, quid paſſa ſit Moyſi ſoror principi maledicens, ac detrahens? quomodo facta ſit immunda, inciderit in lepram [c], ſummam ſuſtinuerit ignominiam, fratre Deum orante veniam nõ obtinuerit? tametſi illa ipſa eſſet, quæ ſanctũ illum olim expoſuerat, & pro eius educatione multa excogitauerat, vt eius ma-

*a in Hom. in Prſ et Aquil.*

*Ad compeſcẽdum maledicos, ſumus timidi.*

*Cur Eccleſia Dei tantoperè diſſoluatur, et deſtruatur.*

*b Pſal. 49.*

*Quàm tremẽda pœna maneat detractores.*

*c Num. 20.*

E v        trem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

trem in alumnam, & nutricem aſſumeret, & ne
in barbarico ſinu enutriretur: & ab initio tanta
vt fœminarum dux fieret, ſicut Moyſes virorum,
omnes antecellens, verè ſoror Moyſis exiſtens. Ve
men cùm maledixit, atque detraxit, nihil ei prof
hæc omnia ad aufugandam iram Dei, ſed nec M
qui tantum populum poſt recentem illam impi
precibus obtinuerat, pro ſorore ſupplicans, & venia
tens, placare Deum potuit, ſed ab eo valde incre
quò diſcamus & nos quantũ malum ſit principib
ledicere, & aliorum iudicare vitam. Etenim in d
magno non ſolùm de his, quæ nos peccauimus, ſed
his, ob quæ in alios ſentẽtiam tulimus, omnino iu
nos Deus. Et quod ſæpe natura leue peccatum eſt,
graue, & incondonabile fit, dum peccans alium iu

*Deus propter detractionem placari non potuit.*

*Propter detractionem grauiter à Deo iudicandi ſumus.*

Fortè non ſatis claret, quod diximus. Igitur clari
cemus. Peccauit aliquis, & alium idem committen
catum condemnauit, is in die illo valde amaro no
pœnam luet, quàm peccati natura expoſcit, ſed m
quàm duplicem, & triplicem: non propter id, quod
peccauit, ſed quòd aliũ iudicauit, & ideo in eum ſe
tiam feret Deus, & quod hoc verum ſit, ex his, qu
facta ſunt, & contigerunt, demõſtrabo. Nam Phari
quamuis ipſe nihil peccauerat, ſed & iuſtè vixera
multa de ſe prædicare poterat, quia tamen publica
vt raptorem, auarum, & iniquiſſimum condemna
ſtificatus non eſt, & ad maiorem quàm ille pœna
uatus. Quod ſi is, qui nihil peccauit, & peccantem a
(qui manifeſtatus erat omnibus) verbo breui cond
nauit, tantum iacturæ fecit, & in tantum eſt punitu
multum quotidie peccant, aliorumq́; vitam condem
etiam ignotorum, cogita quantam ſuſtinebunt pœn
quomodo omni venia excident? In quo enim iudici
dicatis, inquit, & vos iudicabimini. Propter hæc vi
ſupplico, & precor, & exhortor, vt ab hac mala cõſu
dine deſiſtatis. Nihil enim nocebimus ſacerdotibus,
bus maledicimus, ſiue mentita, ſiue vera ea ſint, qu
ipſis dicimus. Quoniã & Phariſæus Publicano nihil
cuit, ſed ei profuit, licet vera de eo diceret. Cæterum
bis ipſis mala extrema ipſi accerſimus, ſicut & Phari

*a Luc. 18.*

in

in ſeipſum gladiũ intruſit, & accepta plaga abiit. Vt igitur ne & nos idẽ patiamur, imperemus indomitę linguę. Nã ſi qui publicano maledixit pœnã non effugit, nos qui patribus maledicere ſolemus, qua nos apologia tuebimur? Si Maria, quę fratrẽ blaſphemauit ſemel, tantã dedit pœnã, cuius nobis ſalutis ſpes cũ nos quotidie principes infinitis cõuitiis, vt aiũt, abluimus? An mihi hoc quis dicet: ille Moyſes erat: Potero & ego dicere, illa Maria erat.

*Principibus nõ eſt detrahendũ.*

Cęterùm, vt & alia ratione hoc manifeſtè cognoſcas, quod nec ſi criminum rei ſint, illorum tibi vitã iudicare fas ſit, audi quid dicat de Principibus Iudęorũ Christus[a]: Super cathedrã Moyſi ſederũt Scribæ, & Phariſęi; omnia igitur, quęcumque dixerint vobis vt faciatis, facite: iuxta opera autem eorum ne faciatis. Iam quid illis erat peius, quorum zelus futuros diſcipulos corrupit? Attamen neque ſic eos depoſuit à dignitate, neque ſubditis contẽptibiles fecit. Quod ſi ſemel poteſtatẽ hanc arripuerint ſubditi, ſtatim hi, qui alios ordinãt, à ſtatu & gradu deturbari videbãtur. Eapropter Paulus cùm Principẽ Iudæorum notaſſet, ac dixiſſet[b]: Percutiet te Deus paries dealbate, & tu iudicans me ſedes? Poſtquam autẽ alios audiuit ſibi reſiſtentes, & dicẽtes: Pontificem Dei conuitiis inceſſis? monſtrare volens quãtum oportet ſacerdotibus Dei exhibere honorem, & reuerentiam: Neſciebã, inquit, quod Pontifex eſſet. Propterea & Dauid[c], cùm Saulem apprehendiſſet præuaricatorẽ, & ſpirãtem homicidiũ, & multis pœnis dignũ, non ſolùm eius vitę pepercit, ſed neque vt verbum aſperũ in eum iaceretur, ſuſtinuit, cauſamque ponens, dicit: Chriſtus Domini eſt. Neq; hinc ſolùm, ſed & aliũde licet videre copioſè, quomodo ſubditũ procul à ſacerdotum correptione abeſſe oportet. Enimuero ſi quoties indignè aliqua à ſacerdotibus fiunt, ſinguli ad corrigendum proſiliãt, ad hoc vt ſacerdotij dignitas honeſtetur, nunquã deerit corrigẽdi occaſio, & cõfuſis inter ſe omnibus, inter Principẽ, & ſubditum nõ diſcernemus. Quodſi & malos haberetis patres, & moleſtos magiſtros, neq; ſic eis maledicere vobis ſecurũ, & abſq; graui periculo foret. De corporalibus enim parentibus dicit[d]: Si ſenſu deficiant, veniã da. Quid enim illis dabis? Quale ipſi tibi. Multò magis in ſpiritualibus hæc lex obſeruãda.

*Superiorũ vita, etſi criminũ rei ſint, iudicari non debet à ſubditis.*

a *Matth.* 23.

b *Act.* 23.

c 1. *Reg.* 24.

d *Eccleſ.* 3. *l. ſi pater tuus. C. de cura. furio. auctẽt. Vt cùm de appel. cognoſ. §. cauſas.*

Præterea

Præterea vniuſcuiuſque officium eſt, vt ſuam ipſi
vitam diligenter conſideret, ne videlicet audiamus in
illo: Hypocrita, quid vides feſtucam in oculo fratris
in tuo autem oculo trabem non conſideras? Etenim
*Detractorum quorundam quanta ſit hypocriſis.*
pocritarum opus eſt, publicè quidem & omnibus vid
tibus oſculari manus ſacerdotum, genua tangere, ſup
care vt pro ſe orent, & baptizados ad illorum ianuas
ducere: domi autem, & in conuentibus, tantorum bo
rum authores, & miniſtros multis abluere probris,
*Detractiones de ſacerdotibus ſiue mali, ſiue boni illi ſint, non ſunt audiendæ.*
opprobratores eorũ ferre. Quod ſi verè malus eſt pa
quomodo fidelem putas tam terribilium ſacramen
miniſtrum? Si autẽ fidelis tibi miniſter eſſe videtur,
re fers alios ei maledicẽtes, & non concludis eorum
neque ſtomacharis, neque ægrè fers, vt & mercedem
cipias à Deo, & laudem ab illis? Nam licet valde illud
omnes tamen te laudabunt, & amplexabuntur ob eg
giam in parentes curam: ſicut, ſi hoc non facitis, om
vos condemnabũt, etiam illi ipſi, qui maledicunt. Ad
omnia accedit illud multò grauius, quod grauem
*Nihil ſic offendit eccleſias atque detractio.*
dabimus pœnam. Quia nihil, nihil planè ſic offendit e
cleſias, atque morbus ille. Et ſicut corpus neruorum
bita habitudine carens multas gignit ægritudines, &
tam facit non diuturnã: ita Eccleſia non circũdata fo
& vehementer vrgente catena, plurima parturit bella,
Dei auget, & multarum tentationum eſt occaſio. Ne
tur hæc contingant, néve Deum exacerbemus, noſtra
augeamus mala, & pœnam certam indeclinabilem
*Ad bene loquendum linguam noſtram aſſuefaciamus.*
comparemus, vitam hanc multis implentes dolorib
noſtram ad bene loquẽdum linguam aſſuefaciamus,
ſtram ipſorum vitam ſingulis diebus diligenter ſcru
mur, aliorum autem vitam ei, qui etiã incognita nou
iudicandam relinquamus, ipſi noſtra peccata interim
dicantes. Ita nobis gehennalem ignem licebit effuge
Nam ſicut qui in alienis curioſius explorandis occup
ſunt, ſuorum peccatorum nullam habent rationem:
*Sua delicta quiſque diiudicare debet.*
qui ab aliena vita diſcutienda abhorrent, magnam ſuo
delictorum habent curam. Et quia ſua conſiderant mal
illaque quotidie iudicant, à ſeipſis expoſcentes pœna
mitem habituri ſunt iudicem. Id quod Paulus declara
*a 1. Corinth. 11.*
dicebat a. Nam ſi nosipſos iudicamus, non vtique iudica
bimu

bimur. Vt autem hanc ſententiam effugiamus, relictis omnibus aliis magno ſtudio vita, & conſcientia noſtra exquirenda, puniendæ cogitationes ad peccandum irritantes. Subinde de factis noſtris reddenda ratio. Sic poterimus facile à peccatorum exonerari ſarcina, multa venia frui, præſentemque ſimul vitam cum voluptate tranſmittere, & aſſequi bona futura.

## *Contra detractores quomodo nos gerere debeamus.* CAP. XVIII.

PORRÒ quia Salomon filium ſuum inſtruens dicebat [a]: Remoue à te os prauum, & detrahentia labia procul ſint à te, quoniam abominatio hominum detractor [b]: Non pigebit & alia, quæ idem Chryſoſtomus de detractione ſcripſit huc adferre. Qui ad populum ſermonem faciens [c]: Ieiunet, inquit, & auris: aurium autem ieiunium eſt detractiones, & calumnias non ſuſcipere. Auditum enim vanum nō ſuſcipies, inquit. Ieiunet quoque os à verbis turpibus, & conuitiis. Quę enim vtilitas, cùm auibus quidē & piſcibus abſtineamus, fratres verò mordeamus, & comedamus? Detrahēs fraternas carnes comedit, proximi carnem momordit. Propterea & Paulus terruit, dicens [d]: Si autem vos inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini. Non infixiſti dentes carni, ſed animæ maledictum, improbam ſuſpicionem infixiſti, vulneraſti, innumeris affeciſti malis, & teipſum & illum, & alios plures. Etenim audientē peiorem feciſti, proximo calumnians: ſiue enim peccator ſit, ſegnior fit, peccati communicatorem nactus, ſiue iuſtus eſt, in arrogantiam tollitur, & inflatur ex aliorum peccato, magna de ipſo ſentire perſuaſus. Inſuper communem Eccleſię ſtatum lęſiſti: non enim omnes audientes peccatorem ſolùm accuſant, ſed opprobria Chriſtianorum genti infliguntur. Nec audiunt infideles dicentes, quod ille leno eſt, & diſſolutus, ſed pro eo qui peccauit, Chriſtianos omnes calumniis inſectantur. Adhæc Dei gloriam blaſpemari feciſti: ſicut enim nobis laudabiliter viuentibus Dei nomen glorificatur, ſic peccantibus blaſphematur, & cōtumelia afficitur. Quartò, malè audientem confudiſti, & ſic imprudentiorem reddidiſti, inimicum,

a *Prouerb. 4.*
b *Prouerb. 24*
c *Hom. 3.* *Aurium, & oris ieiunium quid ſit.*
*Detrahēs fraternas carnes comedit.*
d *Galat. 5.*
*Detrahēs communē Eccleſiæ ſtatum lædit.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

cum, & hoſtem conſtituens. Quintò, te ipſum pœn
correctionis reum feciſti, negotia ad te nihil attin
texēs. Ne quis enim hoc mihi dicat: Tunc detraho, qu
do falſa dico. Nam ſi vera loquens maledixeris, & i
eſt crimen: Etenim Phariſæus ille Publicano veri
maledixit [a]: ſed tamen hoc ipſi nihil profuit. Dic
mihi: Publicanus, non erat publicanus & peccator? (
certum eſt quod publicanus erat, ſed tamen quo
ipſum vituperauit Phariſæus abiit omnibus amiſſis.
fratrem corrigere? lachryma, ora Deum ex corde, ap
henſum admone, conſule, exhortare. Sic & Paulus fa
bat [b]: Ne iterū cùm venero humiliet me Deus apud
& lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, &
egerunt pœnitentiam ſuper immūditia, & fornicatio
& impudicitia, quam geſſerunt. Demonſtra charita
erga peccatorem, perſuade ipſi, quod conſulens, & cu
non peruulgare volens peccati ipſum commonefa
comprehende, pedes oſculari non erubeſcas, ſi mo
verè mederi vis. Hæc & medici faciunt, ſæpius diffic
ægrotos habentes, deoſculantes, rogantes perſuaden
lutarem ſumere medicinam: ita tu quoque fac: ſacer
vulnus manifeſta: hoc eſt curantis, hoc prouidentis,
conſulentis.

*Non ſolùm cū falſa, verumetiam cum vera loquimur, detrahimus.*
a *Lucæ* 18.

*Quomodo frater ſit corrigēdus.*
b 2. *Corint.* 12.

Non ſolos autem maledicentes, ſed & aliis detrahe
dientes admoneo aures obſtruere, & Prophetam imi
dicentem [c]: Detrahētem ſecretò proximo ſuo hunc p
ſequebar. Dic proximo: Habes aliquem quem laude
commendes, aures aperio, & vnguēta ſuſcipiam. Si v
malè velis dicere, verbis ingreſſum obturo: nō enim
cus, & cænum ſuſcipere patior. Quod mihi lucrum, ſi
dicero, quod ille improbus? Maximum igitur nocum
tum ex hoc & extrema iactura. Loquere ad ipſum: C
remus noſtra, quomodo peccatorum rationes demus,
curioſitatem hanc, & operoſam indagationem circa vi
noſtram exhibeamus. Quam enim habebimus excu
tionem, quam veniam, cùm noſtra ne in mentem q
dem capiamus, aliena verò curioſè ſcrutemur? Sicut
domum declinare & interiora conſiderare prætereun
turpe eſt, & multa ignominia plenum: ſic & circa alie
vitam ſatagere illiberalitatis extremæ eſt. Hoc verò

*Detractoribus aures ſunt obſtruendæ.*
c *Pſal.* 100.
*Quid dicēdum ſit proximo nobis de alio loqui volenti.*

*Circa alienam vitam ſatagere illiberalitatis extremæ eſt.*

dicu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diculum magis eſt, quod talem habentes vitam, & propriam negligentes, cùm aliquid arcanum dixerint, rogāt audientem, & adiurant ne cuiquam amplius alteri dicat. Huic declarantes, quod rem reprehenſione dignam commiſerint. Si enim illum, vt nemini dicat, rogas: multò magis te priorem huic dicere non oportebat, In tuto ſermonem habebas: poſtquam ipſum prodidiſti, tunc ſalutē ipſius curas: ſi nō vis efferri, neque alteri ipſe dicas: poſtquam verò alteri prodidiſti ſermonis cuſtodiam, ſuperflua facis, & inutilia, admonens & obteſtans pro dictorū cuſtodia. Sed iniucundum dettahere, imo iucundum non detrahere. Detrahens enim deinceps in agonia eſt, ſuſpicatur, & timet, pœnitentiam agit, & linguam ſuam mandit, timens & tremiſcens, ne fortè aliis enuntiatum verbum magnum ſibi periculum adferat, & ſuperfluam & inutilem inimicitiam his, qui dixêre, operetur. Apud ſe ipſum verò continens in ſecuritate plurima cum multa viuet voluptate. Audiſti ſermonem, inquit, moriatur in te, confide, non te diſrumpet. Quid eſt moriatur in te? Extingue ipſum, defode, nec exire neque penitus moueri permittas: ſed maximè ſtude, neque alios quidem dicentes malè, tolerare. Quod ſi quando & ſuſceperis, infode interrime dictum, obliuioni trade, vt his, qui non audierint, ſimilis fias, & cum multa pace & ſecuritate præſentem tranſigas vitam.

*Quod tacitum vis, nemini dixeris.*

*Sermo, quē audis, moriatur in te.*

Si delatores didicerint, quod ipſos magis, quàm accuſatos auerſemur, & ipſi tandem ab hac mala conſuetudine deſiſtent, & peccatum corrigent, & laudabunt: poſt hæc & noſipſos ſuos ſaluatores factos, & benefactores prædicabunt; ſicut enim benedicere & laudare amicitiæ principium eſt; ſic & maledicere, & calumniari inimicitiæ, & odij, & iniuriarum principium eſt, atque diſcordiarum materia. Non aliunde noſtra negliguntur, quàm quod aliena ſatagimus, curioſeque ſcrutamur: non enim vacat homini accuſanti, & alienos exquirenti mores, propriam quandoque vitam curare, ſtudio enim omni in aliorum curioſitatem impenſo, neceſſe eſt omnia eius temerè, & negligenter iacere. Etenim optandum omne otium in propriorum curam peccatorum, & iudicium impendentem amplius quid perficere poſſe, Cùm verò

*Detractoribus declarandum, quod magis eos quàm accuſatos, auerſemur. Benedicere initium amicitiæ. Maledicere principiū inimicitiæ.*

ſemper

ſemper aliena cures, quando tua meditaberis ma

*Detractiones ſunt ſatanicũ barathrum inſidiarum.*

Fugiamus igitur dilecti, fugiamus detractione quod eſt totum ſatanicum barathrũ inſidiarum ci inſeſſio. Vt enim noſtra negligamus, & grauiore reatus conſtituamus, in hanc nos cõſuetudinem di duxit: imo verò non ſolùm ineſt hoc malum, quo rationem dabimus eorum, quæ diximus, ſed etiam peccata noſtra ſic grauiora faciemus, omni noſci tione priuantes: Acerbe enim aliena exquirens, excesſibus nullam veniam nanciſcetur. Non enim

*Deus ex iudicio noſtro de aliis dato nos condemnabit.*
a *Matth.7.*

à peccatorum natura, ſed & ex iudicio de aliis noſt tentiam Deus proferet. Idcirco admonuit, dicens[a] lite iudicare, ne iudicemini: non enim quale fui tum, tale illic in futurum apparebit: ſed quanda gnam, & ineuitabilem additionẽ à iudicio in conſ facto, accipiet. Sicut enim humanus, & mitis, & maiorem peccatorum grauitatem ſuccidit, ita a crudelis & implacabilis magnum propriis pond catis apponit. Eliminemus igitur omnem ex ore detractionem, ſcientes, quòd etſi cinerem comed

*Huius vitæ aſperitas nihil nobis proderit niſi à detractione abſtineamus.*

nulla nobis aſperæ vitæ huius vtilitas proderit, tractione abſtineamus: non enim quę intrant coin hominem, ſed quæ exeunt ex ore. Si quis te præte ſtercus commoueat, hoc facientem non conuitio, & tumelia afficias? Hoc fac & circa detractores. Non ſic commotum ſtercus illam fœtorem ſuſcipiente tilaginem percellit, ſicut aliena peccata excuſſa, & impura audientium animos prodita contriſtari, & turbare ſolent.

Abſtineamus igitur detractione, turpiloquio, bla mia, & neque proximo, neque Deo maledicamus. enim obtrectatorum in hoc furoris lapſi ſunt, vt a ſeruis in Deum linguã ſuam reuocauerint. Et idem

b *in 9. cap. Gen. Hom. 29.*

de hoc vitio detractionis loquens [b]: Quid, inquit, pa tur, qui peccata fratrum euulgant, & non ſolùm non tegunt, & excuſant, ſed magis ea faciunt manifeſta, taque ex hoc operantur peccata? Quando enim ma ſtas fratris peccatum, non illum tãtum ignominioſ feciſti, & ſegniorem forte ad virtutis viam: ſed & qui audiunt, facis negligentiores, & ad ſocordia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ducis;neque etiam hoc ſolùm, ſed & Deum blaſphemari facis. Quod quantum adfert ſupplicium, nemo eſt mentis compos, qui ignoret. Fugiamus igitur, obſecro, mores Cham, nec imitemur. Imitemur autem gratorũ illorum filiorum pudorem, quem in contegenda patris nuditate declararunt. Et ita adumbremus fratrum peccata, ne ipſos negligentiores per hoc reddamus; ſed vt hac ratione maiorem illis occaſionem præbeamus, vt ſtatim ab hoc malo liberentur, & in virtutis viam redeant. Nam ſicut non habere multos teſtes ſuorum delictorum reſipiſcenti faciliorem reditum præbet: ſic ſi frontem perfricuerit anima, & viderit, quod nemo ignoret, quæ mala admiſerit, non facile deſiſtere ſolet, ſed quaſi in profundum lacum incidiſſet, & ſubtus ab innumeris raperetur fluctibus, difficilè emergere poterit. In deſperationem enim cadit, & nullum ſibi reditum promittit. Idcirco precor, vt non detegamus proximorum lapſus, & ſi ab aliis eos didicerimus, ne ſatagamus vt nuditas videatur, ſed ſicut grati illi pueri obtegamus, adumbremus, admonitione, & conſiliis lapſam animam erigere ſtudeamus, miſericordię Dei magnitudinem docentes, & bonitatis eius excellentiam, & miſericordiæ immẽſitatem, vt maiorem quàm illi benedictionem ab omnium Domino conſequamur, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui non vult mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur, & viuat.

*Detractor alios Deum blaſphemare facit.*

*Cur aliorum peccata ſint occultanda.*

*Quibus periit peccandi pudor nihil non audent.*

*Quomodo lapſi ad emendationem reduci poſſint.*

Huc pertinet & illud D. Bernardi [a]: Non veniat anima mea in concilio detrahentium, quoniam Deus odit eos, dicente Apoſtolo [b]: Detractores Deo odibiles. Quã ſententiam Deus ipſe loquens in Pſalmo [c], audi quomodo affirmet: Detrahentẽ, inquit, ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar. Nec mirum, cùm id præcipuè vitium charitatem, quæ Deus eſt, & quidẽ cæteris acrius impugnare, & perſequi cognoſcatur, quemadmodum vos quoq; poteſtis aduertere. Omnis qui detrahit, primũ quidem ſeipſum prodit vacuum charitate: deinde quid aliud detrahendo intendit, niſi vt is, cui detrahit, veniat in odiũ, vel cõtemptum ipſis apud quos detrahit? Ferit ergo charitatem in omnibus, qui ſe audiunt, lingua maledica, &

a *in ſerm. 24. ſuper Cantic.*

*Detractores Deo odibiles.*

b *Rom. 1.*

c *Pſal. 100.*

*Deus perſequitur detrahẽtem ſecretò proximo ſuo.*

*Detrahẽs charitatem nõ habet.*

quantum in ſe eſt necat funditus & extinguit: no
autem, ſed & in abſentibus vniuerſis, ad quos vol
bum fortè per eos, qui præſentes ſunt peruenire co
rit. Vides quàm facilè, & in breui ingentem mul
nem animarum velociter currens ſermo tabe m
huius inficere poſſit? Propterea dicit de talibus pr
*a Pſal. 13.*
ticus ſpiritus [a]: Quorum os maledictione, & am
dine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effunde
ſanguinem. Vtique tam veloces, quàm velocite
*Vis, & efficacia detractionis.*
ſermo. Vnus eſt, qui loquitur, & vnum tantum ve
profert, & tamen illud vnum verbum vno in mom
multitudinis audientiũ dum aures inficit, animas
*b Matth. 12. Luc. 6.*
ficit. Cor ſiquidem felle liuoris amarũ per linguæ
*Diuerſæ detractionũ ſpecies.*
mentum ſpargere, niſi amara, non poteſt, dicente D
no [b]: Ex abundantia cordis os loquitur. Et ſunt
peſtis huius, dum alij quidem nudè, atq; irreuerẽt
1. in buccam venerit, virus euomãt detractionis: Al
2. quodam ſimulatæ verecundiæ fuco cõceptam mali
quam retinere non poſſunt adumbrare conãtur. V
præmitti alta ſuſpiria, ſicq; quadã cum grauitate,
ditate, vultu mœſto, demiſſis ſuperciliis, & voce p
ti egredi maledictionẽ, & quidem tanto perſuaſibi
*Simulata detractio pernicioſa.*
quãto creditur ab his, qui audiũt corde inuito, &
condolentis affectu, quàm malitioſè proferri. Dol
quit, vehementer pro eo, quod diligo eũ ſatis, & n
3. de hac re corrigere eũ potui. Et alius: Mihi quidẽ,
ne compertum fuerat de illo iſtud, ſed per me nun
notuiſſet. At quoniã per alterũ patefacta eſt res, ve
negare non poſſum: dolẽs dico: reuera ita eſt. Et ad
Grãde damnũ: nam aliàs quidẽ in pluribus valet: c
in hac parte (vt verum fatear) excuſari minimè po

*c in ſerm. de tripl. cuſt. manus, linguæ & cordis.*
Idem alibi [c]: An non amittunt, inquit, vitã detra
Deo odibiles, odibiles vitę? Fugit vita quos odit; &
vita fugit mori neceſſe eſt. An non & ipſe moritu
venenũ bibit, quod ei maleſuada detractoris lingua
pinat? Siquidem furtim ei dilectionis vita ſubtrahi
dum neſcit, paulatim in eo fraterna charitas refrig
Auditurus eſt forſitan ipſe quoque cui detrahitur:
enim verba volant, & multorũ prius ora ſermo pe
iens, difficilè fieri poteſt, quin ſingulorũ creuerit lin

& quaſi iam prouectus referatur ad eũ, ad cuius ſpectat offenſam. Itaque ſcãdalizabitur audiẽs, & tabeſcet, eoq; facilius extinguetur in eo charitas, quo amplius ante viuere videbatur. Si inimicus, ait [a], meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique. Et quidẽ cauet ſibi prudens auditor, cauet & ipſe, ſi nõ deſipit, qui ſibi nouerit eſſe detractum: ille, ne veneno inficiatur: iſte, ne ſcãdalo perturbetur. Sed quod in ſe eſt tamen, lingua maledica, & illius percutiẽs conſcientiã, & iſtius vulnerans charitatẽ, ſecũ pariter vtrumq; perimit. Nunquid nõ vipera eſt lingua iſta? Ferociſſima planè, nimirum quæ tres tam lethaliter inficiat flatu vno. Nũquid nõ lancea eſt lingua iſta? Profectò & acutiſſima, quæ tres penetrat ictu vno. Lingua, inquit, eorũ gladius acutus. Gladius equidẽ anceps, imo triceps eſt lingua detractoris. Nec verò eiuſmodi linguã ipſo etiam mucrone, quo dominicũ latus cõfoſſum eſt, crudeliorẽ dicere verearis. Fodit enim hęc quoq; Chriſti corpus, & membrũ de membro, nec iam exanime fodit, ſed facit exanime fodiẽdo. Ipſis quoque nocẽtior eſt ſpinis, quas illi tam ſublimi capiti furor militaris impoſuit: ſeu etiã clauis ferreis, quos ſanctiſſimis manibus illis, & pedibus conſummatio Iudaicæ iniquitatis infixit. Niſi enim huius, quod nũc pungitur, & trãsfoditur, corporis ſui vitã illius vitæ corporis prætuliſſet, nunquã illud pro illo mortis iniuriæ, crucis ignominiæ tradidiſſet. Et dicimus: Leuis res ſermo; tenera, mollis, & exigua caro lingua hominis, quis ſapiens magni pendat? Leuis quidem res ſermo, quia leuiter volat, ſed grauiter vulnerat: Leuiter tranſit, ſed grauiter vrit: leuiter penetrat animam, ſed non leuiter exit. Profertur leuiter, ſed non leuiter reuocatur: facilè volat, atq; ideo facilè violat charitatem. D. verò Baſilius in regulis ſeu quæſtionibus fuſius diſputatis, quæſt. ſeu cap. 33. Duas, inquit, opinor eſſe cauſas, in quibus licet aliquẽ dicere & retractare aliena mala. Si quando conſiliũ habere neceſſe eſt cum aliis, qui in hoc ipſum videntur aſſumi, quomodo corrigatur is, qui peccauit, vel mali aliquid egit. Et rurſum, ſi quando neceſſe eſt præuenire aliquẽ & commoneri, ne fortè incurrat in conſortiũ alicuius mali, dum eum putat eſſe bonũ. quia Apoſtolus dicit [b]: Nolite cõmiſceri cũ huiuſcemodi homine.

*a Pſal. 54.*

*Lingua detractoris vipera eſt ferociſſima.*

*Lingua detractoris lãcea eſt acutiſſima.*

*Lingua detractoris gladius triceps.*

*Lingua detractoris nocẽtior eſt ſpinis & clauis Chriſti corpori infixis.*

*Detractio leuiter quidẽ volat, ſed grauiter vulnerat.*

*b Theſſ. 5.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*a Prouerb.22.* mine. Et Salomon[a]: Noli manere cum homine i do: ne fortè eius vias diſcas, & ſumas laqueum a tuæ. Quod & ipſum Apoſtolum feciſſe inuenim

*b Tim. 4.* hoc quod ſcribit ad Timotheum, dicens[b]: Alexã rius multa mihi mala oſtendit, quem & tu deuita. enim reſtitit noſtris ſermonibus. Præter huiuſ neceſſitates, quicumque dicit aliquid aduerſus al vel deroget ei, vel obtrectet, iſtud eſt detrahere, e vera videantur quæ dicit. Qui ergo detrahit fra audit detrahentem, & patitur, excõmunicari debe ſcriptum eſt: Noli libenter audire detrahentem, n eradiceris. Hæc Baſilius.

Cæterum, quia honeſtas perſonæ læditur non ta verbis, verumetiam ſcriptis, ſciendum ab Adrian

*Detractio, quæ ſcriptis fit, quo modo puniẽda.* ſancitum eſſe: Qui in alterius famã publicè ſcrip aut verba contumelioſa confinxerit, & repertus ram non probauerit, flagelletur, & qui eam priu nerit, rumpat, ſi non vult auctoris facti cauſam in

*c c. qui in alterius. 5. q. 1.* re[c]. Si qui verò inuẽti fuerint famoſos libellos in

*d Cõci. Elibert. cap. 52. & c. ſi qui. 5. q. 1.* ſia ponere, illi ex decreto concilij Elibertani ſunt a matizandi[d]. De iure autem ciuili[e]: ſi quis famo bellum, ſiue domi, ſiue in publico, ſiue in quocum

*e l. vnica. C. de famoſ. libell.* ignarus repererit, aut corrumpat prius, quàm alte niat, aut nulli confiteatur inuentum. Si verò non eaſdem chartulas, vel corruperit, vel igne conſum ſed vim earum manifeſtauerit, ſciat ſe quaſi aucto iuſmodi delicti capitali ſententiæ ſubiugandum. S quis deuotionis ſuæ, aut ſalutis publicæ cuſtodiam nomen ſuum profiteatur, & quæ per famoſum lib perſequenda putauerit, ore proprio edicat: ita vt a vlla trepidatione accedat, ſciens quidem, quod ſi tionibus ſuis veri fides fuerit opitulata, laudem m mam, & præmium conſequetur. Sin verò minim vera oſtenderit, capitali pœna plectetur. Huiuſmo tem libellus alterius opinionem non lædat.

### *De blaſphemia cauenda.* CAP. XIX.

QVIA honeſtas in ſermone requiſita non violatur verbis iniurioſis hominibus dict quorum præcipuis nonnulla diximus) ver

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& illis, quæ Deo, eiúſve Sanctis dicuntur: de hiſce nunc agere inſtituimus. Lege diuina olim in veteri Teſtamento cõſtitutum erat[a]: Qui maledixerit patri ſuo, vel matri, morte moriatur. Sed hæc lex, vt D. Chryſoſtomus inquit[b], propoſita eſt, cùm nõdum optimæ vitæ diligentia exigebatur; cùm adhuc religio introducebatur; cùm adhuc eſſent puerilia præcepta, lac pædagogus, lucerna figura, & vmbra. Quid igitur nos dicemus nunc, qui ſub tanta gratia, in tanta rerum veritate, in tanta ſcientia, quando non tantum patri, & matri, ſed & ipſi omnium Deo maledicitur? Quibus illi excipiẽdi pœnis? Quod illis irrogandum ſupplicium tanto ſcelere dignũ? Quis igneus ille fluuius? quis immortalis vermis? quæ externę tenebræ? quę vincula? quis ſtridor? qui fletus debentur? Omnia tormẽta, & quæ ſunt, & quæ futura ſunt, inferiora ſunt, quàm meretur anima ſic malè affecta, inque id flagitij deducta. Neque enim eſt peccatum aliud hoc grauius, neque huic ſimile aliud. Quippe aggrauatio eſt peccatorum, & omnia confundit, intolerabileq; ſupplicium, & pœnam abſque venia meretur.

a *Exod. 21.*

b *ſerm. 1. de prouid.*

*Cùm nõ ſit peccatum grauius blaſphemia, intolerabile ſuppliciũ meretur.*

Porrò cum variis diuerſiſq; modis blaſphemia committatur, operæpretium fuerit præcipuos hic recenſere, ne quis vltro in quempiam eorum incidat. Primò, attribuendo Deo, quod ei non conuenit, vt cùm dicitur, quòd malè, vel iniuſtè quippiam facit, vel quod alio modo agere deberet, aut aliquid aliud huiuſmodi. Secundò, negando quod ei cõuenit, ſcilicet, miſericordiam, omnipotentiam, gubernationem, dicẽdo: Deus non curat nos, vel: Deus hoc non poſſet facere. Tertiò, quãdo attribuitur creaturæ, quod ſoli Deo conuenit. Vt ſi diceretur, quod diabolus ſit omnipotens, aut, quod fatum regat omnia, aut quid aliud ſimile. Quartò, imprecando Deo malum aliquod, vt, maledictus ſit Deus, veniat Deo hoc, vel illud, & ſimilia. Quintò, affirmando, vel negando, vel deteſtando, ſeu imprecãdo prædicto modo in ſanctis Dei, in quibus ipſe & contemnitur, & honoratur. Sextò, ſi Deo, vel Sanctis eius attribuatur quidem aliquid verum, ſed tamen inhoneſtum, cum irreuerentia magna, vel attribuendo aliquid verum, & honeſtum, ſed tamen irreuerenter[c]. Septimò, cùm contemnitur Dei verbum,

*Quibus modis committatur blaſphemia.*

c *Syluest. in ſum. in verb. blaſphemia. et Viguer. in inſtitut. ad Chriſtia. Theol. tit. de virt. fid.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& pro nihilo ducitur, vel cùm Chriſti infamatur eua-
*a c.cùm caput. 33.q.5.* gelium[a]. Octauò, ille, qui ſacris canonibus derogat. N
*b c.violatores. 25.q.1.* & Damaſus Papa declarauit[b]; Violatores canonũ v-
luntariè, grauiter à ſanctis Patribus iudicantur: & à ſa-
*In Spiritũ ſanctum blaſphemat, qui ſacros canones violat.* cto Spiritu, inſtinctu cuius ac dono dicati ſunt, damna-
tur, quoniam blaſphemare Spiritũ ſanctum non incon-
gruè videntur, qui contra eoſdem ſacros canones, n
neceſſitate compulſi, ſed libenter, vt præmiſſum eſt, a
quid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut fac
volentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſump
manifeſtè vnum genus eſt blaſphemantium Spiritu
ſanctum, quia, vt iam prælibatum eſt, contra eum ag
cuius nutu, & gratia ſancti canones editi ſunt. Vnde
*c in c.generali. 25.q.1.* Adrianus Papa[c]: Generali, inquit, decreto cenſemus,
conſtituimus, vt execrandum anathema ſit, & velut p
uaricator fidei Catholicę ſemper apud Deũ reus exiſ
*Decreta pontificum diligẽter obſeruãda eſſe.* quicumque Regum, ſeu Epiſcoporum, vel potentu
deinceps Romanorum Pontificum decretorum cenſ
in quoquam crediderit, vel permiſerit violandam.
*d c.ſic omnes. diſt.19.* Agatho Papa[d]: Sic omnes, inquit, ſanctiones Apoſto
ſedis accipiendæ ſunt, tanquam ipſius diuina voce P
*e c. enimuero. diſt.19.* firmatæ. Et Stephanus Papa[e]: Quia in ſpeculũ, & exe
plum ſancta Romana Eccleſia (cui nos Chriſtus præ
voluit) præpoſita eſt, ab omnibus quicquid ſtatuit, qu
quid ordinat perpetuò, & irrefragabiliter obſeruand
*f c.nulli fas.d. diſt.19.* eſt. Item Gregorius Papa[f]: Nulli, inquit, fas eſt, vel ve
vel poſſe tranſgredi Apoſtolicæ ſedis præcepta, nec
ſtræ diſpoſitionis miniſteriũ, quod veſtram ſequi op
tet charitatem. Sit ergo ruinæ ſuæ dolore proſtra
quiſquis Apoſtolicis voluerit contraire decretis, nec
eum deinceps inter ſacerdotes habeat, ſed exors à ſan
fiat miniſterio, nec de eius iudicio quiſquam poſtea c
ram habeat, quoniam iam damnatus à ſancta & Ap
ſtolica Eccleſia ſua inobedientia, atque præſumption
quoquam eſſe non dubitetur; quia maioris excomm
nicationis deiectione eſt abijciendus, cui ſanctæ Eccle
cõmiſſa fuerit diſciplina: quia non ſolùm præfatæ ſan
Eccleſiæ iuſſionibus parere debuit, ſed etiã aliis ne pr
terirent inſinuare. Sitque alienus à diuinis, & pontific
libus officiis, qui noluerit præceptis Apoſtolicis obte

perar

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

perare. Et idem alibi generalius loquens[a]: Hac, inquit, conſona ſanctis Patribus definitione ſancimus, vt qui ſacris obedire canonibus neſcit, nec ſacris miniſtrare altaribus, nec communionem capere ſit dignus.

*a epiſt.7.lib.2. et in c.hac conſona.25.q.1.*

Verum ne quis putet prædicta Pontificum decreta intelligenda eſſe de illis, quæ fidei ſunt, obſeruari ab omnibus debere, (licet tamen generaliter loquantur) quid à Damaſo Papa hac de re reſcriptū ſit, audiatur[b]: Omnia decretalia cunctorum prædeceſſorum noſtrorum conſtituta, quæ de eccleſiaſticis ordinibus, & canonum ſunt promulgata diſciplinis, ita ab omnibus Epiſcopis, ac ſacerdotibus generaliter cuſtodiri debere mandamus, vt ſi quid in illa commiſerint, veniam ſibi honoris deinceps nouerint denegari. Et D. Gregorius[c]: Iuſtitiæ, inquit, ac rationis ordo ſuadet, vt qui à ſucceſſoribus ſua mādata ſeruari deſiderant, deceſſoris ſui procul dubio voluntatē, & ſtatuta cuſtodiāt[d]. Item in concilio quodam, cui Carolus Magnus Imperator interſuit, conſtitutum & declaratum legitur: In memoriam B. Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam Eccleſiam, & Apoſtolicam ſedem, vt quę nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eccleſiaſticę eſſe debeat magiſtra rationis. Quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas, & licet vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus.[e]

*Omnia decreta Pontificū qualiacumq; ſint, obſeruāda eſſe.*

*b c. omnia. 25. q.1.*

*c epiſt. 111. lib.5.*

*d c. iuſtitię. 25. q.1.*

*e c. in memoriam. diſt.19.*

Anne autem huius noſtri deplorandi temporis clerici SS. Tridentinæ Synodi, & Pontificum canones, & decreta obſeruare recuſantes, aut illa violantes blaſphemi ſint dicendi, & cenſendi, aliorum prudentiorum eſto iudicium. Interim hoc nobis perſuaſiſſimum habemus, ſi clerici prædictæ Synodi, & piorum Pontificum decreta diligenter, & ſtudioſè obſeruaſſent, nos nunquam viſuros fuiſſe tantam eccleſiarum prophanationem, ſpoliationem, & deuaſtationem. In lege veteri conſtitutum legitur[f]: Qui blaſphemauerit nomen Domini morte moriatur, lapidibus obruet eum omnis multitudo populi, ſiue ille ciuis, ſiue peregrinus fuerit. Angelus Domini percuſſit in caſtris Sennacherib Regis Aſſyriorum centum octoginta quinque millia, ob ipſius, & ſuorum blaſphemiam, reuerſuſq; eſt cum ignominia in terrā ſuam.

*f Leuit. 24. cap. Lex Dei cōtra blaſphematores.*

*Vltio diuina in blaſphematores.*

Cumque ingreſſus eſſet domū Dei ſui Neſrach, filij ſ[illegible]
qui egreſſi fuerunt de vtero eius, interfecerunt eum g[illegible]
dio [a]. Ob blaſphemiam quoque Nicanoris ducis b[illegible]
ipſe, & triginta quinq; millia ſuorum militum proſtr[illegible]
ſunt, & lingua ipſius Nicanoris blaſphemi, & impij p[illegible]
ciſa eſt, & particulatim auibus data [b].

*a 4. Reg. 19 c. & 2. Paralip. cap. 32.*
*b 2. Malach. 15*

Hinc Iuſtinianus Imperator contra iurantes, & bl[illegible]
ſphemantes legem tulit, his verbis [c]: Quia quidam bl[illegible]
ſphema, & execrabilia etiam verba, & iurament[illegible]
Deo proferunt, Deum prouocantes ad iracundiam, co[illegible]
ſimiliter & hos admonemus, vt tam execrabilibus ve[illegible]
bis & item per capillum & caput adiurationibus, & [illegible]
genus aliis verbis abſtineant. Nam ſi conuitia homi[illegible]
bus ingeſta, ſaltem inulta non relinquuntur: multò m[illegible]
gis qui diuinum numen conuitiis inceſſit, dignus eſt, [illegible]
ſupplicium ſuſtineat. Propterea igitur omnes huiuſm[illegible]
cohortamur, vt pręfatis delictis abſtineant, & Dei tim[illegible]
rem in animum ſumant, & eos, qui honeſtè vitā tran[illegible]
gunt, imitentur. Propter huiuſmodi enim delicta, & f[illegible]
mes, & terræmotus, & peſtilentiæ oboriūtur. Atque h[illegible]
genus hominum propterea vt memoratis illicitis acti[illegible]
nibus abſtineant, admonemus; ne ſuas ipſorum anim[illegible]
conijciant in interitum. Nam ſi poſt hanc noſtram co[illegible]
monitionem ijſdem inhærere delictis aliqui deprehe[illegible]
dantur, principio quidē indignos ſe præbebunt Dei e[illegible]
homines amore, deinde legitimas etiam ſuſtinebūt p[illegible]
nas. Dedimus enim glorioſiſſimæ huius vrbis Præfe[illegible]
negotium, vt eos, qui poſt hāc noſtram admonitione[illegible]
prædictis illicitis, & impiis actionibus inhærere non d[illegible]
bitauerint, & comprehendat, & vltimo ſubmittat ſu[illegible]
plicio: ne quando ex talium peccatorum cōtemptu, p[illegible]
tam impia facinora inueniatur, tā ipſa hæc ciuitas, qu[illegible]
tota ciuilitas, & reſpublica ſuſtinere iniuriam. Siquide[illegible]
& ſi poſt hanc noſtram cohortationem aliqui tales inue[illegible]
nientes, eos occultauerint, cōſimiliter & ipſi à Domin[illegible]
Deo condemnabuntur. Sed & ipſe glorioſiſſ. Præfectu[illegible]
ſi quos tale aliquid delinquere deprehenderit, neque ill[illegible]
ſecundum leges noſtras vindictam induxerit, principi[illegible]
quidem Dei iudicio obnoxius erit, deinde verò etiam à
nobis indignationem excipiet.

*c in nouell. tit. vt qui contra nat. conſtitut. 77.*
*Iuſtiniani Imperatoris cōtra iurātes, et blaſphemātes conſtitutio.*
*Propter blaſphemias & iuramēta, quæ à Deo mittantur plagæ.*
*Quæ pœna afficiēdi ſint blaſphemi, & iurātes per Deū.*

Pius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pius verò Papa, & martyr ſanxit[a]: Si quis per capillū Dei, vel caput iurauerit, vel alio modo blaſphemia cōtra Deum vſus fuerit, ſi in eccleſiaſtico ordine eſt, deponatur; ſi laicus, anathematizetur. Et ſi quis per creaturas iurauerit, acerrimè caſtigetur, & iuxta id quod Synodus dijudicauerit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifeſtauerit, non eſt dubium, quin diuina cōdemnatione ſimiliter coërceatur. Et ſi Epiſcopus iſta emendare neglexerit, acerrimè corripiatur.

*a c. ſi quis per capillū. 22. q. 1. Pij papæ primi contra blaſphemantes & iurantes conſtitutio.*

D. verò Ioannes Chryſoſtomus[b]: Poſtquam, inquit, de blaſphemia nobis verba nunc facta ſunt, nam vos omnes petere volo retributionem pro concione hacatq; ſermone, vt in ciuitate blaſphemantes mihi caſtigetis: & ſi quempiam in biuio & foro Deum blaſphemantem audieris, accede, increpa, & ſi verbera infligere oporteat, ne recuſes. Ipſius faciem alapa percute, contere os ipſius, percuſſione manum tuam ſanctifica. Et, ſi vlli accuſauerint, & ſi in carcerem traxerint, ſequere: & ſi pœnas iudex pro tribunali repopoſcerit, dic cum libertate, quod angelorum Regem blaſphemauit. Si enim Regem terræ blaſphemantes puniri oportet, multò magis illum contumelia afficientes. Commune crimen eſt, publica iniuria, cuique licet accuſare volenti. Diſcant & Iudæi, & Gentiles, quod ciuitatis ſaluatores ſint Chriſtiani, & curatores, & præſides, & magiſtri, & idē diſcant diſſoluti, & peruerſi, quod & Dei ſeruos ipſos timere oportet: vt & ſi quid tale loqui aliquando eligant, ſeſe vndique circunſpiciant, vt vmbras timeant, anxiātes ne fortè Chriſtianus audiens inſiliat, & vehementius puniat. Non audiſti, quid Ioannes fecerit? tyrannum vidit hominem nuptiarum leges ſubuertentem, & cum fiducia in medio fori dicit[c]: Non licet tibi habere vxorem Philippi fratris tui. Ego autem non ad tyrannum te duxi, neque ad iudicem, neque pro nuptiis temerariis, neque pro ſeruis contumelia affectis: ſed pro furore in Deum, æqualē caſtigare depoſco. Ergò ſi tibi dixiſſem: Reges, vel iudices præuaricantes puni, vel corrige, nō me inſanire dixiſſes? Et quidem Ioannes hoc fecit. Ita non eſt ſupra nos id. Nunc verò ſaltem conſeruum, vel æqualem corrige, & ſi mori opus ſit, caſtigare fratrē ne torpeas. Martyrium tibi

*b Hom. 1. ad Antioch.*

*Blaſphemantes à quouis Chriſtiano caſtigari, increpari, et verberari oportet.*

*c Mar. 6. Luc. 3. Cauſa martyrij ſancti Ioānis Baptiſtæ.*

*Etſi mori opus ſit, corrigere fratrem ne deſinas.*

*Ob fratris correctionem moriẽs, martyr eſt.*

*A fraterna correptione excuſare nos nõ poſſumus.*

tibi hoc, quandoquidem & Ioannes martyr fuit,
ſacrificare iuſſus fuit, neque idolum adorare, ſed p
cris legibus temeratis caput depoſuit. Et tu igi
veritate vſque ad mortem contende, & Deus pug
pro te. Nec mihi illud dicas frigidum verbum: qu
mihi cura eſt? Cum ipſo commune habeo nihil.
diabolo ſolo commune nihil habemus, cum om
autem hominibus multa habemus communia. Ei
enim nobiſcum naturæ participes ſunt, eandem ha
terram, eiſdemque aluntur nutrimentis; eundem h
Dominum; eaſdem ceperunt leges; ad eadem nob
bona inuitantur. Ne igitur dicamus, quod nihil am
vel commune cum ipſis habeamus. Satanica eſt iſt
diabolica inhumanitas. Ne igitur hæc dicamus, ſed
gruam fratribus curam exhibeamus. Ego autem
cum omni polliceor diligentia, & vobis omnibus
deo, quod ſi vos omnes hic præſentes ciuitatem
tantium ſalutem curare volueritis, breui tota nobis
rigetur. Atqui non minima ciuitatis pars eſt hic, m
tudine minima, ſed pietate ſumma. Diſpenſemus
tem fratrum noſtrorum. Sufficit vnus homo fidei
ſuccenſus totum corrigere populum. Cùm verò
vnus tantum, neque duo, vel tres, ſed tanta ſit mul
do, quę negligentium curam poſſit attingere, non a
de, ſed per torporem veſtrum, non per impotentiam
res pereunt, & labuntur. Valde enim abſurdum,
gnam quidem in foro videamus, non accedere, &
gnantes conciliare: quid verò dico pugnam? Cum
num cecidiſſe viderimus, omnes manum porriger
pariter erigere ſtudemus: fratrum verò pereuntium
ram habemus nullam. Aſinus eſt blaſphemus,
pondus non ferens, cecidit; accede, excita, & per v
& per facta, & per lenitatem, & vehementiam var
medicina. Et ſi ſic noſtra diſponamus, & proxim
ſalutem ſuſcipiamus, citò & illis ipſis correctionem
mittentibus deſiderabiles erimus, & quod omnibus
ius eſt, repoſitis fruemur bonis, gratia, & benign
Domini noſtri IESV Chriſti; per quem, & cum
Deo, & Patri cum ſancto Spiritu gloria, poteſtas,
nor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

*Mali per negligentiam bonorum ſæpe pereunt, et labuntur.*

*Blaſphemus eſt aſinus.*

Et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et idem alibi[a]: Aliam à vobis tunc mercedem exegi. Fortè noſtis & meminiſtis. Quæ verò erat merces? ciuitatis blaſphematores punire, & caſtigare Deum contumelia afficientes, & impios cohibere. Non ex me ipſo talia me dixiſſe arbitror, ſed Deum talia pręuidentem in mentem noſtram verba miſiſſe. Si enim talia auſos puniſſemus, non talia nunc accidiſſent, quæ acciderunt. Quanto melius erat, ſi periclitari oportebat ipſos caſtigantes, & corrigentes aliquid pertuliſſe, quod & martyrij coronam nobis attuliſſet, quàm nunc formidare, & tremere, & ex illorum petulantia mortem expectare? Ecce paruum crimen commiſſum eſt, & culpa communis efficitur. Ecce propter illos nunc omnes paueſcimus, & ab illis patratorum pœnas ipſi ſuſtinemus. Si autem præuenientes ipſos ex vrbe expuliſſemus, & correxiſſemus, & ægrotum curaſſemus membrum, non præſentem timeremus pauorem. Noui quod ciuitatis mores à maioribus ingenui ſunt. Sed peregrini quidam & promiſcui homines ſceleſti, & pernicioſi, & de ſua deſperantes ſalute, auſi ſunt, quę patrata ſunt. Propterea clamare, & contriſtari non deſtiti: Blaſphemantium furorem puniamus; ipſorum mentem caſtigemus; ipſorum ſaluti prouideamus; & ſi hoc facientes mori oporteat, magnum nobis hoc adferet lucrum, ne communem Dominum contumeliis affici negligamus. Magnum ciuitati malum pariet talia deſpicere. Hæc prędicebam, hæc nunc acciderunt, torporis illius pœnas pendimus. Deum contumelia affectum deſpexiſtis: Ecce permiſit Regem contumelia affici, & de extremis periculum omnibus impendere, vt in hoc timore illius negligentiæ pœnas demus. Num igitur fruſtrà, num temerè prædicebam, & continuè veſtram charitatem interpellabam? Sed tamen nihil amplius factum eſt. Sed fiat nunc, & à præſenti calamitate caſtigati inordinatum illorum furorem cohibeamus; obſtruamus ipſorum ora, tanquam fontes mortiferos concludamus: & in contrarium mutemus, & penitus euaneſcent mala, quæ ciuitatem comprehenderunt. Non eſt theatrum Eccleſia, vt ad delectationem audiamus. Adiutos hinc recedere oportet, lucratos quicquam amplius, & magnum: ſic rece-

*a Hom. 2. ad Antioch.*

*Si blaſphemi puniti fuiſſent, non talia hoc etiam tempore accidiſſe[n]t, quæ acciderunt.*

*Martyres ſunt, qui ob correctionem malorum moriuntur.*

*Blaſphemos impunitos relinquere magnum malum patriæ parit.*

*Blaſphemorum caſtigatione placatur Deus ad auferendum mala.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſic recedere expedit, quoniam temerè, & fruſtra pro ciſcimur, ſi ad tempus refrigerati, ſic receſſerimus va & dictorum vtilitate inanes facti. Quæ mihi horū p ſuum vtilitas, quæ laudum, & tumultuū? Laus me per opera vos omnia, quæ dicuntur, exhibere. Tunc foelix habendus & beatus, non quando ſuſcipiatis, quando omni cum alacritate faciatis, quæcumque a bis audieritis. Quiſque proximum corrigat; ædific enim alter alterum, inquit; Niſi enim hoc faciam quocumque commiſſa præuaricatio commune quod & intolerabile damnum ciuitati afferet. Ecce nihil ſi ſe conſcij non minus his, qui peccauerunt territi ſum & contremiſcimus, ne omnes Imperatoris ira corrip Nec enim nobis in excuſationem dicere ſufficit: non eram, non conſcius eram, commiſſis non communica Ob hoc igitur, inquit, punieris; & vltimam pendes p nam, quia non adfuiſti, nec prohibuiſti, neque cohib tumultuantes, neque pro Regis honore periclitatus Non patratis participaſti? Laudo hoc, & accepto. Sed que facta prohibuiſti: hoc accuſatione dignum. Hæ de Deo verba audiamus quando cum ſilentio & con melias, & iniurias in ipſum commiſſas patimur. Qu niam & is, qui talētum illud fodit, non pro reatibus tunc accuſabatur; integrum enim depoſitum reddid ſed quoniam ipſum non multiplicauit, quoniam non c ſtigauit cęteros, quoniam argentum ad numularios n detulit, non increpuit, non correxit proximos pecca tes inordinatos, idcirco abſque miſericordia, in illas tolerabiles pœnas mittebatur. Sed ſi non antea, qu nunc ſaltem quidem hanc facietis correctionē, & Deu contumelia affici non negligetis, ſatis credo. Poſſu enim, quæ acciderunt, licet nemo ſit, qui admoneat, v inſenſatos deinceps propriā aſſerere ſalutē perſuadere

*Quiſq; proximum corrigat.*

*Similis et nunc à catholicis auditur excuſatio.*

### *Quomodo blaſphemia nunc puniri debeat.*
### CAP. XX.

PORRÒ, cum antiqua ſupradicta Pontificum de creta in deſuetudinem abiiſſent, & iam plurima Eccleſiam Dei irrepſiſſent mala, ac blaſphemātium lingua impunè peccaret, quos Hoſtienſis Iudæis deterio

res vocat [a], qui fruſtatim decidunt membra illius, qui eos proprio ſanguine redemit, cuius corpus Iudęi ſaltem integrum reſeruarunt. Quid magis nefarium? quid naturæ ipſi magis aduerſum? quàm vt creatura in ſuum inueh atur creatorem? & ſeruus in Dominum ſuum, à quo pretioſo ſuo ſanguine è diaboli tyrannide redéptus fuit? Quid à brutis ipſis alienius, quorum nullum, quantumuis magna feritate vigeat, ſuum nutritorem ſeu benefactorem offendit, nec in offendendo ſolum ſe gratum oſtendere credit, niſi defendat eundem data opportunitate. Cumque lingua id fari natura non dederit, eadem ſaltem benefactoris pedes, vel manus lambendo, aliiſq; corporis ſui geſtibus declarat. O ſeculum infelix, ô homines Chriſtianorum nomen ad maiorem in die iudicij confuſionem, & in inferno pœnam vſurpantes. O homines, qui inimicos amicorum veſtrorum vſque ad necem ex lege quadam conſanguinitatis perſequimini, & inimicos Dei, & creatoris veſtri intra familiam alitis, defenditis, & ſuſtinetis. O ignaui, ac infelices iudices, qui poteſtate diuina in terris vtimini, quorum iuſſis ob id cæteri homines natura pares, & meritis ſæpe ſuperiores obtemperant. Si quis Principem ſuum terrenum, ſi dominum, ſi amicum, ſi denique famulum iniuria vlla affecerit, corrigitur, & à vobis punitur; ſi creatorem, ac redemptorem veſtrum, & præſentis huius vitæ largitorem, & auctorem, ac futurum iudicem viuorum & mortuorum blaſphemari auditis, obmuteſcitis? Vbi fides, vbi religio? Dedecus ac infamiæ notam cenſetis, ſi quorum cibis ad tempus nutrimini, iniuriam inultam relinquitis: Nónne maiorem ignominiam oportet iudicare illius, cuius quotidie corpus & ſanguinem ſumitis, per quem eſtis, quicquid eſtis, blaſphemiam patiēter audire, aut ſaltem vix tepidè reprehendere? & blaſphemantium cœtibus frequenter admiſceri? [b]

Quare Patres in cōcilio Lateranenſ. vltimo [c] tandem animaduertentes, & perpendētes, quanta mala in Eccleſiam Dei tunc irruerent propter clericorum exceſſus & flagitia, ſtatuerunt inter alia; vt quicumque clericorum Deo palam ſeu publicè maledixerit, contumelioſiſque, atq; obſcenis verbis Dominum noſtrum IESVM Chri-

ſtum,

a *in ſum. de exceſſib. Prælat. §. clericus.*

*Blaſphemi Iudæis deteriores ſunt, qui Chriſtum crucifixerunt.*

b *Bern. Diaz in prax. crim. can. cap. 103.*

c *ſub Leone 10. celebrato, ſeſ. 9.*

ſtum, vel glorioſam Virginem Mariam eius genitric
expreſſe blaſphemauerit, eo ipſo quod de delicto hu
modi fuerit conuictus, etiam beneficiorum, quæcum
habuerit fructibus vnius anni mulctetur: & hoc ſi p
prima vice: pro ſecunda verò, ſi ita deliquerit, & co
ctus, vt præfertur, fuerit, ſi vnicum habuerit beneficiu
eo priuetur: ſi autem plura, quod Ordinarius malue
id amittere cogatur. Quod ſi tertiò eius ſceleris argu
tur, & conuincatur, dignitatibus, & beneficiis omnib
quæcumque habuerit, eo ipſo priuatus exiſtat, ad ea q
vlterius retinenda inhabilis reddatur, eaque liberè i
petrari, & conferri poſſint. Verùm quia hac conſtitu
ne non obſtante poſtea rurſum blaſphemi è clero, & E
cleſia prodierunt, Pius V. Pontifex hanc contra eos
ctionem promulgauit.

*Pij V. contra blaſphemos cō-ſtitutio edita an. Dn. 1566. pontificatus ſui anno primo. Vide Concil. Mediola. par. 1. tit. de blaſph. Contra laicos blaſphemātes.*

Ad abolendum nefarium, & execrabile blaſphem
ſcelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mand
& imperialibus quoque legibus receptum eſt, nunca
tem propter nimiam iudicum in puniendo ſegnitie
vel potius deſuetudinem, ſupra modum inualuit, Leo
decimi prædeceſſoris noſtri in nouiſſimo Lateran
concilio ſtatuta innouantes decernimus; vt quicumq
laicus Deum, & Dominū noſtrum IESVM Chriſtu
vel glorioſam Virginem Mariam eius genitricem e
preſſè blaſphemauerit, pro prima vice pœnam vigi
quinque ducatorum incurrat: pro ſecunda, pœna dupl
cabitur: pro tertia autem cētum ducatos ſoluet, & ign
minia notatus exilio damnabitur. Qui verò plebeius fu
rit, nec erit ſoluendo, pro prima vice manibus poſt te
gum ligatis, ante fores eccleſiæ conſtituetur per die
integrum; pro ſecunda fuſtigabitur per vrbem; pro terti
lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicum-
que clericus in hoc blaſphemiæ vitium incurrerit, pr

*Contra clericos blaſphemantes.*

prima vice fructibus vnius anni omnium, & quorum-
cumque beneficiorum ſuorum: pro ſecunda beneficii
ipſis priuetur: pro tertia omnibus etiam dignitatib
exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod ſi cleri-
cus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel
corporali pro prima vice puniatur, pro ſecunda carceri-
bus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad

triremi

triremes mittatur. Qui reliquos ſanctos blaſphemauerit, pro qualitate blaſphemiæ, atque perſonæ, arbitrio iudicis puniatur.

Statutum eſt inſuper in prædicto concilio Lateranẽſi vltimo[a], vt in foro conſcientiæ nemo blaſphemiæ reus, abſque grauiſſima pœnitentia ſeueri confeſſoris arbitrio iniuncta, poſſit abſolui. Qui verò in blaſphemis inquirendis puniendiſque diligẽtes, & ſeueri fuerint, pro qualibet vice decem annorum indulgentiam conſequantur, & tertiam partem mulctę pecuniariæ habeant. Quicumque verò blaſphemantem eum verbis acriter obiurgare teneantur, ſi citra periculum ſuum id fieri poſſe continget, eundemque deferre, vel notificare apud iudicem eccleſiaſticum, ſeu ſecularem intra triduum debeant. Et vt huius delicti notitia facilius habeatur, voluit Pius V. in prædicta ſua conſtitutione, vt in illo non ſolùm per accuſationem & inquiſitionem, ſed etiam ad ſimplicem & ſecretam denuntiationem procedatur per quoſcũque iudices, alias tamen de iure competentes, tam ratione delicti, quàm perſonarum, ita quod inter eos locus ſit præuentioni. Quod ſi aliqui ex calumnia aliquos denũtiaſſe comperti fuerint, eos ad pœnam talionis teneri voluit, & mandauit. Mulctæ autem pecuniariæ illius decreto, applicabũtur pro duabus partibus locis piis arbitrio ordinariorum, pro tertia accuſatori, qui delinquentes detulerit. Et in virtute ſanctæ obedientiæ Principibus Chriſtianis & terrarum Dominis mandat, vt pro diuini nominis reuerentia, & honore, præmiſſa omnia in ſuis Dominiis ac terris exactiſſimè ſeruari faciant, vberrimam ab ipſo Deo mercedem tam boni operis recepturi.

*a d. ſeſſ. 9. Blaſphemis in confeſſione grauiſſima eſt iniungenda pœnitentia.*

## *De ira, odio, & ſimultate refrenanda.* CAP. XXI.

QVONIAM vitia, quibus honeſtatem ſermonis grauiter lędi ſupra demonſtrauimus, ex ira, odio, ſimultate atque impatientia tanquam radice ſua prodeunt. De hiſce igitur reprimendis, & profligandis nunc aliquid dicemus. Quoniã Dominus noſter IESVS Chriſtus dixit[b]: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, hinc ergo nos benignitatem, hinc mãſuetudinem diſcamus, & omnẽ malitiam abſcindamus, atq; D. Ioannis Chry-

*b Mat. xi. cap.*

*a in cap. 7. Ioã. Hom. 47.*

nis Chryſoſtomi ſententiam ſequentes [a], ſi quis m
inſultauerit, humiliemur: ſi quis exaſperatur, mi
mus; ſi quis mordet, & lacerat, & contumeliis proſe
tur, nolimus commoueri, ne victi nos ipſos perda

*Ira fera vehemens eſt, et furibunda, & quomodo frænanda ſit.*

Etenim ira, fera vehemens eſt, & furibunda. Incant
eam diuinæ ſcripturæ carminibus. Terra & puluis
quid ſuperbit terra & puluis? Et impetus iræ eius
ei; & vir iratus immodeſtus eſt. Nihil turpius aſ
irati, nihil viſu grauius. Quod ſi aſpectus, multo m
anima. Quemadmodum enim æuũ ſi contrectetur
uius olet: ita & anima cum perturbata eſt, & mult
trinſecus fluctibus agitata. Sed non poſſum, inquis
micorum cõtumelias tolerare. Qua gratia? Nam ſi
accuſaris, etiam coram compungi deberes, & grati
habere: Si falsò, deride. Dixit mendicum? Ride. D
pauperem: ride. Dixit degenerem vel ſtultum: iam
defle. Nam qui dicit fratri ſuo fatue, reus eſt geh
ignis. Iniuria ergo affecto in mentem veniat, quod
ſupplicium maneat, & non modo nulla in proximi
fereris, ſed deplorabis vicem eius. Neque enim feb
laborãti, neque tumido quiſquam iraſcitur, ſed his m
bis affecti ſui miſericordiam, & lachrymas mouent
iuſmodi eſt irati animus, qui ſi in te proſiliet tace, &
portunam ei plagam infliges. Si contumeliã contum
proſequeris, ignẽ excitabis. Sed puſilli animi argue
inquies, ſi tacebimus. Imo tuam admirabimur ſapie
Quod ſi contumelioſè contrà reſpõderis, materiam
bis vt vera putentur, quorum argueris. Quare diu
pauper appellatur, ridet? quoniã falſum id nouit. Ita
ſi nos iniurias ridebimus, magnum erit argumen
quod falsò reprehendamur. Adhæc quouſque homi
iudicia formidabimus? quouſque communem Dom
deſpiciemus & carni vacabimus? Donec enim inter
contentio eſt, & æmulatio, & ſeditiones, nónne ca
les eſtis? Fiamus igitur ſpiritales, & ſæuiſſimam hanc

*Ira breuis dæmon eſt.*

luam fræno cohibeamus. Inter iram, & inſaniam
differt, ſed breuis quidem dæmon eſt, imo, quàm qui
monio vexatur grauior. Ille enim venia dignus eſt,
tus nulla; ſed ſuppliciis innumeris ſponte ſua in pro
dum perditionis defertur, & etiam ante futuram geh

nam p

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nam pœnas dat. Tumultu enim quodam, & æſtu intolerabili die, noctuque variis cogitationibus anxius iactatur. Vt igitur & præſenti ſupplicio, & futuro liberemur, abiecto penitus hoc affectu, omnes manſuetudinem induamus, & modeſtiam, vt & in hac vita, & in regno cælorum tandem animis noſtris requiem inueniamus.

*a in c. 1. Matt. Hom. 4.*

Et idem alibi[a]: Ponamus, inquit, ſi placet, iram quoq; beſtiam eſſe quandam: quantum igitur ab aliis erga mitigandum leonem ſtudium commodatur, tãtam tu erga iracundiam impende curam, & effice huiuſmodi cogitationem mitem, atque manſuetam. Siquidem hæc fera & vnguibus ſæuiſſimis armatur, & dentibus, & niſi illam ſolicitè manſuefeceris, cuncta ſimul diſperdet, & lacerabit. Nullus enim leo, nulla ſic vipera viſcera queunt humana laniare, vt hominis iracundia, ferreis quibuſdam vnguibus vniuerſa confodiens. Neque enim ſolummodo corpori nocet, ſed ipſius etiam corripit animæ ſanitatem, cunctas ſiquidem eius omnino vires decerpit, ac deuorat, eamque ad omnia inutilem facit. Nonnulli hominum vermes quoſdam in interioribus corporis nutrientes ne reſpirare quidem ſinuntur, vexatis profectò adeſiſque viſceribus: nos tamen venenatam hanc in nobis alentes viperam (iram dico) quæ omnia interiora hominis depaſcitur: quid vnquã ſanum aut forte poſſumus cogitare? Quonam igitur modo ab hac tam noxia peſte fugiemus? Si illam vtique potionẽ bibamus, quæ omnes intra nos vermes ſerpenteſque mortificet. Et quodnam, inquies, illud eſt poculum? Pretioſus ſcilicet Chriſti ſanguis, ſi cùm fiducia vtique ſumatur. Omnis enim hoc remedio morbus extinguitur. Poſt hoc, ſanctarum quoque ſcripturarum diligens, & deuotus auditus, & miſericordia auditui copulata. Per hęc enim omnes mortificari illę poſſunt, quæ animam noſtram tabefaciũt paſſiones: & tunc verè vita, ac ſanitate potiemur, qui certè nihil fere nunc à mortuis diſcrepamus. Neque enim poſſibile eſt nos verè viuere, niſi in nobis vitia omnino moriantur. Hæc neceſſario nos perimunt in futuro, ſi nos viuere hic illa patiamur. Quinimo etiam ante illã mortem hic exigunt à nobis horrenda ſupplicia. Siquidem vniuerſa hæc vitia, & crudelitatis plena ſunt, & audita-

*Ira quã ſit ſeuera in hominem.*

*Alia contra irã remedia.*

*Vniuerſa vitia plena ſunt crudelitatis.*

tis, noſque quotidie deuorare non deſinunt. Itaq; & [illegible]
tes eorum non immeritò eſſe dixerim dentes leon[illegible]
imo etiam ſeueriores. Nam leo quidem ſimul vi[illegible]
expletus, ſemeſum continuò cadauer relinquit: hæc [illegible]
vitia nec ſatiantur aliquando, nec ab anima noſtra [illegible]
recedunt: captumq; à ſe hominem diabolo ſimil[illegible]
faciunt.

*Prædicta vitia hominem diabolo ſimilimum faciũt.*

D. verò Ambroſius in officiis ſuis ad clericos ſcrib[illegible]
eoſque erudiens, quomodo iracundia reprimenda, [illegible]
aliis mitiganda ſit: Habet, inquit, ſuas habenas [illegible]
ſobrietas, quibus regitur & gubernatur. Sit o[illegible]
oſtiũ, vt claudatur vbi oportet, & obſeretur dilige[illegible]
ne quis in iracundiam excitet vocem ſuam, & con[illegible]
liam rependas contumeliæ. Audiſti hodie lectum [illegible]
ſcimini & nolite peccare. Ergo etſi iraſcimur, quia [illegible]
ctus naturę eſt, non poteſtatis, malum ſermonẽ no[illegible]
feramus de ore noſtro, ne in culpam ruamus. Sed [illegible]
ſit verbis tuis, & ſtatera, hoc eſt humilitas, atque m[illegible]
vt lingua tua menti ſubdita ſit. Reſtringatur haben[illegible]
culis, frænos habeat ſuos, quibus reuocari poſſit ad [illegible]
ſuram. Sermones proferat libra examinatos iuſti[illegible]
ſit grauitas in ſenſu, in ſermone pondus, atque in [illegible]
modus c. Hæc ſi cuſtodiat aliquis, fit mitis, manſu[illegible]
modeſtus. Cuſtodiendo enim os ſuum, & retinend[illegible]
guam ſuam, nec prius loquendo quàm interroge[illegible]
expendat, atque examinet verba ſua, ſi dicendum [illegible]
dicendum aduerſum hunc, ſi tempus ſermonis ſit [illegible]
is profectò exercet modeſtiam, ac manſuetudine[illegible]
patientiam; vt non ex indignatione, & ira in ſerm[illegible]
erumpat, non alicuius paſſionis iudicium det in [illegible]
ſuis, non ardorem libidinis flammare in ſermon[illegible]
indicet, & ineſſe dictis ſuis ſtimulos iracũdiæ: poſtr[illegible]
ne ſermo, qui commendare interiora debet, vitium [illegible]
quod eſſe in moribus aperiat, & prodat. Tunc [illegible]
maximè inſidiatur aduerſarius, quando videt nobi[illegible]
ſiones aliquas generari, tunc fomites mouet, laq[illegible]
parat. Laqueus aduerſarij eſt ſermo noſter. Loqu[illegible]
plerumque quod excipiat inimicus, vt quaſi noſtro [illegible]
dio nos vulneret. Quanto tolerabilius eſt alieno gl[illegible]
quàm noſtro perire? Explorat ergò aduerſarius n[illegible]

*a lib. 1. cap. 3.*

*b Pſal. 4.*

*Lingua tua menti ſubdita ſit.*

*Qualis debet noſter eſſe ſermo.*

*c lib. 1. offic. cap. 3.*

*Quid præmeditandũ ſit locuturo.*

*Sermo interiora hominis cõmendare debet.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

arma, & concutit ſua tela. Si viderit moueri me, inſerit aculeos ſuos, vt ſeminaria iurgiorum excitet. Si emiſero verbum indecorum, laqueum ſuum ſtringit. Interdum mihi quaſi eſcam proponit vindictæ poſſibilitatem, vt dum vindicare cupio, ipſe me inſeram laqueo, & nodum mihi mortis aſtringam. Si quis ergò hunc aduerſarium ſentit præſentem eſſe, tunc magis cuſtodiam adhibere debet ori ſuo, ne det locum aduerſario: ſed non multi hunc vident[a]. Verumetiam ille cauendus eſt, qui videri poteſt: quicumque irritat, quicumque incitat, quicumq; exaſperat. Quando ergo aliquis nobis conuitiatur, laceſſit, ad violentiam prouocat, ad iurgium vocat, tunc ſilentium exerceamus: tunc muti fieri non erubeſcamus. Peccator eſt enim, qui nos prouocat, qui iniuriam facit, & nos ſimiles ſui fieri deſiderat. Denique ſi taceas, ſi diſſimules, ſolet dicere: Quid taces? Loquere ſi audes. Sed non audes; mutus es, elinguem te feci. Si ergò taceas plus rumpitur, victum ſe reputat, irriſum, poſthabitum, atq; illuſum. Si reſpondeas, ſuperiorem ſe factum arbitratur, quia parem inuenit. Si enim taceas, dicetur: Ille conuitiatus eſt huic; contempſit iſte. Si referas contumeliam, dicetur: Ambo conuitiati ſunt. Vterque condemnatur; nemo abſoluitur. Ergò illius eſt ſtudium, vt irritet; vt ſimilia illi loquar; ſimilia agam. Iuſti eſt autē diſſimulare, nihil loqui, tenere fructum bonæ conſcientiæ, plus committere bonorum iudicio, quàm criminantis inſolentiæ, contentum eſſe grauitate morum ſuorum. Hoc eſt enim ſilere à bonis: quia bene ſibi cōſcius falſis non debet moueri, nec æſtimare plus ponderis in alieno eſſe conuitio, quàm in ſuo teſtimonio. Ita fit, vt etiam humilitatem cuſtodiat. Si autem nolit humilior videri, talia tractat, & dicit ipſe ſecum: Hic ergò me contemnat, & in conſpectu meo loquatur talia aduerſum me, quaſi non poſſim ego aperire illi os meum? Cur nō etiam ego dicam, in quibus eum mœſtificare poſſim? Hic ergò mihi iniurias faciat, quaſi vir non ſim, quaſi vindicare me non poſſim! Hic me criminetur quaſi ego non poſſim grauiora in eum componere? Qui talia dicit, non eſt mitis, atque humilis, nō eſt ſine tentatione, Tentator enim exagitat: ipſe ei tales opiniones inſerit. Plerumque adhibet homi-

*a d. lib. cap. 4.*

*Quomodo inimicus nos ad conuitia prouocat, & ad irā.*

*Iuſti officium contra iratum.*

*Iniuriæ impatientis verba.*

nem nequam ſpiritus, qui hæc illi dicat. Sed tu in petr
fixum veſtigium tene. Et ſi ſeruus cōuitium dicat, iu
tacet. Et ſi infirmus contumeliam faciat, iuſtus tacet
ſi pauper criminetur, iuſtus non reſpōdet. Hęc ſunt a
iuſti, vt cedendo vincat: Sicuti periti iaculandi, cede
ſolent vincere, & fugientes grauioribus ſequentem i
bus vulnerare [a]. Quid enim opus eſt moueri cùm a
mus conuitia; cur non imitemur dicentem? Obmu
humiliatus ſum, & ſilui à bonis [b]? An hoc dixit tant
modo, non etiam fecit Dauid? Imò & fecit. Nam cu
conuitiaretur Semei filius Gemini, tacebat Dauid
quamuis ſeptus armatis non torquebat conuitium,
vltionem quærebat eo vſque, vt dicente ſibi Saruię fi
quod vindicare in eum vellet, non permiſerit. Ibat t
tanquam mutus, & humiliatus; ibat tacens, nec m
batur cùm vir appellaretur ſanguinis, qui erat con
propriæ manſuetudinis. Non ergò mouebatur conu
qui abundabat bonorum operum conſcientia. Itaqu
qui citò iniuria mouetur, facit ſe dignum videri co
melia, dum vult ea indignus probari. Melior eſt itaq
contemnit iniuriam, quàm qui dolet. Qui enim cō
nit, quaſi non ſentiat, ita deſpicit; qui autem dolet q
ſenſerit, torquetur.[d]

*a Ambroſ. d. lib. cap. 5.*

*Dauid iniuriarum patiēs.*

*b Pſal. 38.*

*c 2. Reg. 16.*

*Vide Chryſoſtomum Hom. 29. 30. & 31. ad popul. Antioch.*

*d Ambroſ. d. lib. cap. 6.*

Caueatur itaque iracundia, aut ſi præcaueri nō po
cohibeatur. Mala enim illex peccati indignatio eſt,
ita animum perturbat, vt rationi non relinquat loc
Primùm eſt igitur, ſi fieri poteſt, vt morum tranquil
vſu quodam affectioni propoſito in naturam verta
Deinde, quoniam ita plerūque motus infixus eſt na
ac moribus, vt euelli, atque euinci non queat, ſi pręu
potuerit, ratione reprimatur. Aut ſi prius occupatus
rit animus ab indignatione, quàm conſilio proſpici
prouideri potuerit, ne occuparetur, meditare, quom
motum animi tui vincas, iracundiam temperes. Re
iræ ſi potes, cede, ſi non potes, quia ſcriptum eſt [e]: D
locum iræ. Ergo ſi præuenerit, & præoccupauerit me
tuam iracundia, & aſcenderit in te, non relinquas loc
tuum. Locus tuus patientia eſt, locus tuus ſapientia
locus tuus ratio eſt: locus tuus ſedatio indignationis
aut ſi te contumacia reſpondētis mouerit, & peruerſ

*Indignatio quomodo reprimēda.*

*Reſiſte iræ ſi potes, ſi non potes, cede.*

*e Rom. 12.*

*Quis locus dādus ſit iræ.*

imp

impulerit ad indignationem, ſi non potueris mitigare
mentem, reprime linguam tuam: ſic enim ſcriptum eſt[a]: *a Pſal. 33.*
Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua, ne loquantur
dolum. Deinde: Inquire pacem, & ſequere eam. Vitemus
ergò aut temperemus iracundiam, ne ſit eius aut in lau-
dibus exceptio, aut in vitiis exaggeratio. Non mediocre
eſt mitigare iracundiam, non inferius, quàm omnino nõ
moueri. Hoc noſtrum eſt, naturæ illud. Non conſideres
quid ab aliis in te referatur; locum tuum ſerua; ſimplici-
tatem, & puritatem tui pectoris cuſtodi. Noli reſpõdere
irato ad iracundiam eius, ſiue imprudenti ad impruden-
tiam eius. Iraſcimini vbi culpa eſt, cui iraſci debeatis. *Quando ira-*
Non poteſt enim fieri, vt nõ rerum indignitate mouea- *ſcendum ſit.*
mur, alioquin non virtus, ſed lenitudo, & remiſſio iudi-
catur. Iraſcimini ergò ita, vt à culpa abſtineatis: vel ſi ira-
ſcimini nolite peccare, ſed vincite ratione iracundiam,
aut ſi iraſcimini, vobis iraſcimini, quia commoti eſtis,
& nõ peccabitis. Qui enim ſibi iraſcitur, quia citò com-
motus eſt, deſinit iraſci alteri. Qui autem vult iram ſuam
iuſtam probare, plus inflammatur, & citò in culpã cadit.
Melior eſt autem ſecundum Salomonem[b], qui iracun- *b Prouerb. 16.*
diam continet, quàm qui vrbem capit. Quia ira etiã for-
tes decipit. Cauere igitur debemus, ne in perturbationes
prius incidamus, quàm animos noſtros ratio cõponat.
Exanimat enim mentem plerumque, aut ira, aut dolor,
aut formido mortis; & improuiſo percellit ictu. Ideò
præuenire pulchrum eſt cogitatione, quæ voluẽdo men-
tem exerceat, ne repentinis excitetur commotionibus,
ſed iugo quodã rationis, & habenis conſtricta miteſcat.[c] *c Ambroſ. d. lib. cap. 21.*

Et D. Baſilius[d]: Ne, inquit, fratres dilectiſſimi, malũ *d in Hom. de ira.*
malo curate, neu contendite inuicem calamitate mutua
vincere. In rixa enim is inferior eſt, qui victor eſt: ac pec- *In rixa is inferior eſt, qui victor eſt.*
catis longè grauior diſcedit. Ira certamen excitat, certa-
men verò conuitium, conuitium verbera, verbera demũ
vulnera, ex quibus & mortes ſæpe ſequuntur. Ille male- *Quomodo coërcenda ſit ira.*
dixit, tu benedicas, verberauit, tu patere: expuit, nihilq́;
te æſtimauit; tu cogita, quomodo ex terra es, & in terrã
reuerteris. His namque modis atque rationibus te con-
firmans, longè leuiora, quàm reuera ſint, euenient tibi
aduerſarij facta, iurgiaque. Sic enim talionẽ illi ſecurius



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reddes, oſtendeſque quàm ſis cōtumeliis inuulnera
ac præclaram tibi patientiæ coronam comparabis,
alterius inſaniam occaſionem philoſophiæ ac tu
feceris meritorum. Quamobrem, ſi mihi credis, p
contumeliaſque minimè curabis. Obſcurum te, atq
glorium vocauit, nulliuſque æſtimationis? terram
cinerem eſſe dicas, nec tu melior es patre noſtro A
*a Geneſ.18.* ham, qui ſe eadem vocauit[a]. Ignarum, pauperem,
bilem nominauit? tu vermem te dicas, & è ſtercor
*b Pſal.21.* nus ducere, verba Dauid memorans[b]. His etiam Mo
*c Numer. 20.* decus adde[c]: Ille ab Aaron, & Maria verbis petitus
broſis, non ad Deum aduerſus illos interpellauit, ſe
eis orauit. Quorũ tu dic mihi cupis eſſe diſcipulus
torum hominum, ac Deo gratorum, an eorum, qu
ritu referti ſunt maligno? Quando enim verborum
tumelia tentaris, illud exiſtima: periculum de te fi
Deo per patientiam adhæreas, an per iram in adue
partes inclines. Da tempus cogitationibus ad opti
eligendi partem opportunum. Nam è duobus alte
proculdubio conſequeris: aut inimicum tuæ manſ
dinis exemplo mitiorem reddes, vel certè ſi deſpe
acrius illum vindicabis. Si enim malum eſt ira, cur
lum id non euitas? Si venia dignum, cur irato ſucce
Ex quo ſi ſecundus veniſti ad iram, nihil te hoc iu
Non enim in certaminibus palæſtram prius prouoc
ſed qui ſuperat coronatur. Quamobrem non ſolu
qui facinus aliquod graue prius tentauerit, ſed qui
ducis ad ſcelus exemplum fuerit imitatus omnino
ctatur. Si enim te pauperem verè appellat, verũ reſp
nequaquam debes. Si mentitur, quid ad te dicti van
ſicut enim ad laudes tuas, ſi veritatem excedunt, e
non debes: ita nec & probra in te non verè iactata
nimè dolere. Si verò ſtultus, & indoctus appellaberis
miniſcere eorum, quæ à Iudæis iactata ſunt in veram
*d Ioan. 8. cap.* pientiam[d]: Samaritanus es, & dæmonium habes.
enim contra hæc maledicta iraſceris, iam ea corrob
*Nihil ira ſtultius.* ſti. Quidnam eſt ira ſtultius? Si verò quietus, & im
bilis perſiſtas, pudorem maledicenti magnum intul
cùm re ipſa prudentiam, modeſtiamque oſtenderis. A
pa ſeu pugillo cæſus es? expuit aliquis in faciem tu

Eadem

Eadem & Dominus eſt paſſus: Nec enim ab expuentibus, aut cędentibus faciem auertit. Calumniam pateris? Et Dominus. Tua laceratur veſtis? Et à Domino quoq; veſtis per vim extracta Nondum condemnatus es, nondum cruci affixus. Multa tibi toleranda, vt ad eius imitationem peruenias. Talia igitur, & horum ſimilia tibi ſuccurrant, mentiſque tuæ impetum, ac iram cōpeſcant. Similes namque præparationes, & animi diſpoſitiones morſus cordis, & impulſus facilè delebunt, & animi cogitationes in tranquillum ſtatum deducent.

*Meditatione paſſionis Domini cōpeſcenda eſt ira ac iniuria.*

Quomodo igitur iræ incommoda fugiamus? Si eam nullo modo mētem rationémve occupare ſinamus. Sed quando oportet, & vt oportet ex ratione diſpenſata fortitudinem, patientiam, ac conſtantiam ira parit: præter verò rectam rationem tractata, furor & inſania efficitur. Idcirco nos Pſalmus admonet [a]: Iraſcimini, & nolite peccare. Ipſe namque Dominus in Euangelio [b], illum qui temerè fratri iratus fuerit, reum iudicij facit. Illum verò, qui tanquam pharmaco ad ea, quæ oportet ira vtitur, minimè condemnat; ſicut fecit Moyſes [c], Phinees [d], Samuel [e], Helias [f] & alij. Non autem verba ſolent triſtitiam mouere, ſed ſuperbia aduerſus eum, qui nos vituperat, & vniuſcuiuſque de ſeipſo phantaſia. Quodſi horum alterutrum menti tuæ exemeris, inanes quidam ſonorum ſtrepitus erunt, quæ ab aduerſario dicentur. Quamobrem iram omnino ſedabis, indignationemque, ne iram illam, quæ de cælo ſupra omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum reuelabitur experiare. Si enim animo ſapienti amaram indignationis radicem extirpare poteris, multa cum hoc principio perturbationum ſemina facilè extingues. Nam & dolus, & ſuſpicio, & infidelitas, & malignitas, & inſidiæ, & audacia, & omnia his ſimilia huius vitij germina ſunt, atque appendices. Itaque, fratres amantiſſimi, ne obſecro tantum nobis malum inducamus animæ morbum, rationis tenebras, à Deo alienationem, obliuionem familiaritatis, principium bellorum, plenitudinem calamitatum, dæmonem peſſimum noſtris animis innatum, incolam quendam impudentem noſtra interiora poſſidentem, deniq; ſancti Spiritus iter ad nos impedientem. Vbi inimicitiæ ſunt, conten-

*Iræ incōmoda quomodo vitari queant.*

a *Pſal. 4.*
b *Matth. 5.*
c *Exod. 32. cap.*
d *Numer. 25.*
e *1. Reg. 15.*
f *3. Reg. 18.*

*Non tā alterius verba, quàm noſtra ſuperbia nos ad irā prouocat.*

*Filiæ iræ.*

*Egregia iræ deſcriptio.*

contentiones,indignationes, ſectæ noſtris animis p
tuos generantes tumultus , ibi ſpiritus manſuetu
haud requieſcit. Quamobrem B. Pauli [a] monitis ob
perantes omnem à nobis indignationem,ac clamo
cum omni malitia abijciamus, ac inuicem boni ac m
ricordes exiſtamus, expectantes beatam ſpem ma
tis omnibus promiſſam.

*a Epheſ.4. Coloſſ.3. Tit.2.*

Rurſum Chryſoſtomus [b]: Vt fornicantem , blaſ
mantemque impoſſibile eſt ſacræ menſæ participē
ita quoque qui inimicitias fouet,atq; in ira pertinax
non poteſt frui ſancta communione. Quomodo po
bis Deum tibi manſuetū fieri, cùm tu conſeruo tuo
grauis ſis,& inexorabilis? Eſto,cōtumelia te affecit
ſeruus, nónne tu ſæpe Deo contumelias facis? Cog
vellet Deus aduerſus ſe commiſſa diligenter exqui
ne ad vnum quidem diem viueremus. Peccata,inq
ſi obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? E
omittam alia omnia peccata,quæ ſola cuiuſcumque
ſcientia cognita habet,& vbi præter Deum nullum
reformidat, ſi de confeſſis iſtis , & apertis rationem
poſcamur,quam veniam queſo ſperare poſſemus,ſi
cum noſtrarum negligentiam, & inertiam expende
quod coràm apud eum in præſentia conſiſtentes,ipſ
que inuocantes,ne tantum quidē pudoris,& reueren
exhibemus,quantum ſerui dominis ſuis, aut miles d
bus. Cum amico enim colloquens,cum attentione
facis ; cum Deo autem de peccatis tuis agens, & con
nationem poſtulans,& veniam orans ſubinde torpe
genibuſque humi poſitis, ſæpe per forum, ſæpe per a
mētem tuam diuagari ſinis, ore tuo interim temere
niterque garriente; Idque nō ſemel,aut bis,ſed frequ
ter nobis accidit; quodſi vel illud ſolum ponderare v
an veniam, putas, obtinebimus? an purgationem ali
adornare poterimus? Mihi certè impoſſibile videt
Quidſi iam conuitia , quibus quotidie alij alios ince
mus, in medium produxerit, iudiciaque improba, q
bus proximum cōdemnamus, idque nulla alia de ca
quàm quod criminoſi , & moroſi ſimus ; quid pote
mus quæſo pro defenſione noſtri recitare? Quod ſi in
tur ratio noſtrorum conuitiorum , quum qui fratri ſ
dixerit

*b in Hom. de ſimult. ſiue ira.*

*In ira pertinax communicare non poteſt.*

*c Pſal. 129.*

*Arguitur noſtra in precibus negligentia, & diſtractio.*

dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis [a], num vel os deducere, vel hiſcere licebit, aut parum, aut magnum reſpondere? Tot peccata, tanta ſupplicia, tantum pudoris eluere licet, per condonationem offenſæ, nihil enim eſt huic virtuti æquale. Quos non potuerunt Moyſes, & Samuel eripere ab ira Dei, huius præcepti obſeruatio eripere potuit, ac proinde illis, quibus iſta dixit, aſſiduè præcepit, inquiens [b]: Remittite malefacta vnuſquiſque fratri ſuo: ne ſitis memores offenſarum in cordibus veſtris. De malefactis proximi ne cogitaueris. Non dixit ſolum remitte, ſed vel in mente habeas, ne cogites, omitte vniuerſam iram; hulcus tolle. Dum vindictam adornas, primùm te ipſum tormẽto afficis, veluti ſi carnificem iram tibi appoſuiſſes, dilanians tua ipſius viſcera. Quid enim miſerius homine perpetuò irato? Quemadmodum furioſi nunquam fruuntur tranquillitate, ita qui ſimultatẽ gerit, & inimicum habet, nũquam fruitur vlla pace, perpetuò æſtuans, tempeſtatemque cogitationum indies aggrauat. Verba factaque ſecum reputat, ipſius quoque nomini infeſtus, qui iniuriam dedit. Si audiat illum nominari, efferatur continuò magno cum animi cruciatu, & ad ſolum illius conſpectum trepidat, & horret, tanquam ſi vltima patiatur. Quod ſi quid illius, vel veſtem, vel domum videat, omnium iſtorum intuitu torquetur: ac quemadmodum dilectorum, & charorum hominum veſtes, vultus, calceamenta, domus mox vt viſa fuerit, excitare nos, & commouere ſolent: Ita quoque inimicorum ſeruus, amicus, domus, angiportus in cõſpectum datus, aut quodcumque illius monumẽtum præfert, animos arrodit, atque alias ſuper alias, vt quodcũque viſum fuerit, plagas incutit. Quorſum opus eſt iſtiuſmodi animi obſidione, tantis tormentis, ac tali ſupplicio? Quodſi nec gehẽna immineret odio laborantibus, ſaltẽ ob ipſius odij cruciatum peccata proximorum condonãda eſſent.

*a Matth. 5.*

*Virtus, & efficacia cõdonationis offenſæ.*

*b Mat. 5. 6. 18. Mar. 11. Luc. 6.*

*Homine perpetuò irato nihil miſerius.*

*Ob ipſius odij cruciatum peccata proximorũ ſunt cõdonanda.*

*De excuſationibus iram remittere nolentium.*

## CAP. XXII.

NE mihi alleges iniuriarum acceptarum moles; nõ enim illud in te facit pertinaciã irarum, ſed quod parum memor es tuorum delictorum, neque gehennam

*Cauſa ſimultatis quæ ſit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hennam ante oculos habes, aut Dei timorem. Si
vindictæ incumbas, vltionemq́ue perſequare, ſiue
verba, ſiue per facta, ſiue per imprecationem, Deus
à ſumēda vltione ſuperſedebit, vtputa te ſatagente
tui ipſius vindictam. Imo non ſolùm perſequetur p
iniuriarum tuarum, quas paſſus es, ſed à te ipſo m
*Nemo ſibi ius dicere poteſt.* exiget, vt iniurioſè à te habitus. Si in rebus humanis
mo ſibi ius dicit, & pro arbitrio vltionē diſpenſat, q
to magis id obſeruandum in rebus illis, vbi Deus
vindex conſtitutus eſt? Iniurias igitur aliquis tibi
læſit, infinita mala inflixit? caue pœnam tuam perſ
re, ne Dominum illius contumelioſè tractes: cede
*Iniuriarū noſtrarū acceptarum actio Deo cōmittenda eſt. a Mat. 5. Luc. 6.* Ipſe negotium multò melius adminiſtrabit, quàm
pis, tibi ſolummodo iuſſum eſt[a], vt pro eo, qui te
preces fundas, quid autem de eo ſtatuendum ſit, ip
reſeruari iuſſit. Nunquam tibi tales vltiones aſſeq
quales ille inſtruxit, modo illi ius irarum tuarum
cedas. Neque imprecationes facito aduerſus inimic
ſed illi relinquas arbitrium iudicandi; ſiue enim no
iurias condonemus, ſiue reconciliemur, ſiue pro in
cis deprecemur, niſi ipſi conuerſi fuerint, ac in mel
mutauerint, Deus ipſe non dimittet, quaſi qui eo
commodis tantūmodo ſtudeat. Sed te laudat, tuam
philoſophiam amplectitur, illum verò punit, ne tua
loſophia deterior reddatur.

Multi à nobis admoniti ſuper reconciliatione, vbi
*Excuſatio recōciliari nolentium.* temperare non placebat, hanc excuſationem prætex
runt, quæ nihil aliud fuit, quàm prætextus eorum m
tiæ; nolle, ſcilicet, ſe reconciliationem, ne deteriorem
micum faciant, ne acerbiorem poſtea & maiorem
contemptum experiantur, ac præter hoc illud quo
adijciunt, vulgò exiſtimatum iri, ipſos ob imbecil
tem priores ad reconciliationem placationemq́ue
niſſe. Cæterum omnia iſta vana ſunt. Oculus enim
nunquam dormitans nouit mentem tuam, ac pro
conſeruorum rumuſculos curare non debemus, vbi
dici ipſi perſuaſuri ſumus, qui de cauſa noſtra cogn
futurus eſt. Si autem illud tibi curæ eſt, ne eum dete
rem tua bonitate facias, ſcias velim eum hoc pacto
teriorem non futurum, ſed deteriorem futurum, ſi

non p

non places. Nam etſi mortalium omnium ſceleſtiſſimus ſit, etſi non dicat, neque palàm præ ſe ferat, attamen tacitus approbabit tuos philoſophicos mores, conſcientiaque ſua tuam reuerebitur manſuetudinem. Quodſi in eadem malignitate perſtiterit, nec blanditiis emolliatur, maximam pœnam à Deo ſuſtinebit. Id tibi certum habe, quod quanto magis aſpernatus fuerit tuæ placationis induſtriam, tanto maiorem ſibi pœnam coaceruat. Quid ais, deterior fit colendo? Id crimen ipſius, tuum autem encomium, quod cùm eum talem diuinabas futurum, non tamen ab eo colendo abſtiteris, vt diuinæ voluntati ſatisfaceres; ipſius crimen quod tua bonitate nihilo quàm antea melior redditur. Multò tolerabilius, alios incuſari propter nos, quàm nos propter alios.

*Alia reconciliari nolentium excuſatio.*

Ne mihi dixeris frigida iſta verba: verendum ne ob metum me putet ad ſe accurriſſe, ac proinde maiores faſtus ſumat: puerilis iſta animi ſunt, & ſtulti, & ad hominum exiſtimationes obſtupeſcentis. Ne me putet, ais; Putet, inquam, quod ob metũ acceſſiſti. Quid tum? nam & ita merces tua maior futura eſt, cùm & iſtud præcognoſcas, & tamen ob timorem Dei omnia iſtiuſmodi ſuſtineas. Qui famam hominum aucupans, famæque gratia reconciliationem inſtituit, abſcinditur à remunerandi lucro. Qui autem hoc ipſum planè cognitũ habet, quod multi & irridebunt, & vituperabunt, neque tamen vel ita abſiſtat à reconciliatione, duplicatam, & triplicatam habebit coronam.

*Tertia reconciliari nolentium excuſatio.*

Caue igitur homo ab iſtis irrationabilibus affectibus, neque pudefias, neque erubeſcas, neque ita loquare: Modo inter nos rixati ſumus, fanda, infanda diximus, ac iam ſtatim ad reconciliationem accurram? At quis non vituperabit meam facilitatem? Nemo cordatus damnabit tuam facilitatem, ſed ſi manſeris implacabilis, tum te omnes irridebũt, tum magnum dabis diabolo ſpatium, non enim ex tempore ſolùm durior fiet reconciliatio, ſed ex rebus interea oborientibus. Cogita, quod ob Deum talia pateris, & plenam percipies conſolationem, animumq; ſubterfugientem, reformidantem, erubeſcentem, pudefientem exacue, eique continuò iſta occine:

Quid

Quid ceſſas? quid ſubterfugis? quid detrectas? non
cunia, non de aliis rebus momẽtaneis, ſed de noſtr
rum ſalute agitur. Deus iſta facienda præcepit. O
igitur illius mandatis poſtponantur, ne ceſſator
lenti ſimus. Intelligat inimicus magnam à nobis
adhibitam, vt diuinis placitis nos attemperemus
denuo cõtumelias inferat, ſiue quid aliud acerbius
omnia feramus generosè, neque tantum illi, qua
nobiſmetipſis gratificemur, præ omnibus virtut
ad maiorem mercedem nobis imputabitur in ill
Multa deliquimus, in magnis offendimus, & Dom
noſtrum irritauimus, dedit ex ſua humanitate ha
recõciliationis. Ne igitur deſeramus hunc pulchru
ſaurum: ex multa ſua benignitate mercedem nob
põdit, & magnam & ineffabilem, & quam maxi
ſideramus, nimirum veniam noſtrorum peccato

Si legem Cæſar ſtatuiſſet, vt omnes inimici in
redirent, aut capite plecterentur, quid putas, an no
nes feſtinarent ad mutuas recõciliationes? Ego q
ſic arbitror. Quam veniã igitur habebimus, cum t
tundem reuerentiæ tribuimus Domino, quantum
ſeruis noſtris tribuimus? Ob hoc ipſum iuſſus e
re[a]: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos di
mus debitoribus noſtris. Quid eo mitius? quid m
tius præcepto? Te iudicem fecit in condemnation
rum criminum; ſi pauca dimittis, pauca dimittun
plura, plura: Si ex corde dimittis & ſinceriter, e
pacto tibi Deus remittit. Si præter veniam datam
etiam pro amico habeas, eodem modo aduerſus te
afficietur, adeo, vt quanto magis quis aduerſus te
cauerit, tanto magis tibi ad reconciliationem prop
dum ſit, quandoquidem ipſe hoc pacto in cauſa
nobis maiora crimina condonentur. Cùm dixeris
mitte nobis, quemadmodum nos dimittimus, ſi tu
dimittas, nihil aliud à Deo poſtulas, quàm vt te om
cuſatione, omni venia denudet. Cæterum, inquis
auſim dicere: dimitte mihi, & dimitto, ſed tãtum
partem in precatione enuntio, quæ habet, dimitte
Quid tum hoc, etiamſi tu ipſe illud non dicas, De
men ita facit: & quemadmodum dimittis, ita dim

*Cur dicamus: dimitte nobis debita noſtra, ſicut et nos, etc. a Matth. 6.*

*Nõ prodeſt iracundis omittere in oratione dominica: ſicut & nos dimittimus.*

N

Nam illud ex ſequentibus, quæ poſtea inducit, clarum facit: Si enim non remiſeritis hominibus, neque pater veſter cæleſtis remittet vobis. Ne igitur cautelam putes, ſi non totam orationem proferas, aut dimidiatam precationem facias, ſed prout inſtituit, ita precare, vt neceſſitas dictionis quotidie exterrens cōpellat te ad proximo veniam condonandam.

D. verò Gregorius [a] docens quomodo ira compeſci debeat: Duobus, inquit, modis fracta poſſidere animum ira deſueſcit. Primus quippe eſt, vt mens ſolicita antequā agere quodlibet incipiat, omnes ſibi quas pati poteſt, contumelias proponat, quatenus redemptoris ſui probra cogitans, ad aduerſa ſe præparet. Quæ nimirum venientia tanto fortius excipit, quanto ſe cautius ex præſcientia armauit. Qui enim improuidus ab aduerſitate deprehenditur, quaſi ab hoſte dormiens inuenitur, eumque citius inimicum necat, quia non repugnantem perforat. Nam qui mala imminentia per ſolicitudinem prænorat, hoſtiles incurſus quaſi in inſidiis vigilās expectat, & inde ad victoriam valenter accingitur, vnde neſciens deprehendi putabatur. Solerter ergo animus ante actionis ſuæ primordia cūcta debet aduerſa meditari, vt ſemper hæc cogitans, ſemper contra hæc thorace patientiæ munitus, & quicquid acciderit prouidus ſuperet, & quicquid non acceſſerit lucrum putet. Secundus autem ſeruandæ manſuetudinis modus eſt, vt cùm alienos exceſſus aſpicimus, noſtra, quibus in aliis exceſſimus, delicta cogitemus. Conſiderata quippe infirmitas propria, mala nobis excuſat aliena. Patiēter namque illatam iniuriam tolerat, qui piè meminit, quod fortaſſe adhuc habeat, in quo debeat tolerari. Et quaſi aqua ignis extinguitur, cū ſurgente furore animi ſua cuique ad mentem culpa reuocatur.

*a lib. 5. moral. in Iob cap. 32. Ira biſariam compeſcitur.*

*Iniuria illata quomodo tolerari poſſit.*

Sed inter hæc, inquit [b], ſolerter ſciēdum eſt, quod alia eſt ira, quam impatientia excitat, alia quam zelus iuſtitiæ format. Illa ex vitio, hæc ex virtute generatur. Si enim nulla ira ex virtute ſurgeret, diuinæ animaduerſionis impetum Phinees per gladium non placaſſet [c]. Hanc iram quia Heli non habuit, motum cōtra ſe implacabiliter ſupernæ vltionis excitauit [d]. Nam quo contra ſub-

ditorum

b *d. lib. cap. 23. Ira duplex. Contra ſubditorū vitia iraſcendum eſt.*

c *Numer. 25. Pſal. 105.*

d *1. Reg. 2. et 4*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ditorum vitia tepuit, eo contra illum diſtrictio[illegible]
a Pſal.4. rectoris exarſit. De hac ira per Pſalmiſtam dicitur[illegible]
b Eccl.7. ſcimini, & nolite peccare. Et per Salomonem[b]: M[illegible]
eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultus corrigitur a[illegible]
c Pſal.30. delinquentis. De hac iterum Pſalmiſta ait[c]: Tur[illegible]
eſt prę ira oculus meus. Sed cùm per zelum animus
uetur, curandum ſummopere eſt, ne hæc eadem, qu[illegible]
*Ira iuſtitiæ pediſſequa non domina eſſe debet.* ſtrumento virtutis aſſumitur, menti ira dominetur,
quaſi domina præeat, ſed velut ancilla ad obſequium
rata à rationis tergo nunquam recedat. Vnde neceſſ[illegible]
vt hoc ante omnia qui zelo rectitudinis mouetur,
tendat, ne ira extra mentis dominium tranſeat; [illegible]
vltione peccati tempus, modumque conſiderans
gentem animi perturbationem ſubtilius retractan[illegible]
ſtringat, animoſitatem reprimat, & motus feruido[illegible]
æquitate diſponat, quatenus ſic culpas delinquen[illegible]
corrigat, vt ante ipſe qui corrigit per patientiam cr[illegible]
vt feruorem ſuum tranſcendendo dijudicet, ne inte[illegible]
ranter excitatus ipſo zelo rectitudinis longè à recti[illegible]
ne aberret.

d lib.8.epiſt.51 Et idem alibi[d]: Quoties ira animum inuadit, [illegible]
*Ira refrænanda eſt.* tem edoma, vince teipſum, differ tempus furoris
cùm tranquilla mens fuerit, quod placet, vindica. [illegible]
enim in vindicta malorum, ſequi debet rationem [illegible]
mi, non præire, vt quaſi ancilla iuſtitiæ poſt tergum [illegible]
niat, & non laſciua ante faciem prorumpat. Aliqu[illegible]
verò oſtendenda eſt, & non exhibenda: aliquando e[illegible]
benda eſt, ſed non ſequenda. Quando enim in e[illegible]
tione iuſtitiæ placata mente iraſcimur, iracundia[illegible]
non ſequimur, & exhibemus. Ira enim, quæ anim[illegible]
perturbat, quanta conſideratione cauenda eſt mon[illegible]
e Iacob.1. tur, de qua ſcriptum eſt[e]: Sit omnis homo velox ad [illegible]
diendum, tardus autem ad loquendū, & tardus ad ir[illegible]
Ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur, & de ead[illegible]
f Prouerb.16. eſt[f]: Melior eſt vir qui vincit iram, quàm qui capit c[illegible]
tatem magnam. Cùm igitur iram, quæ cor pertu[illegible]
ſacra eloquia tot teſtimoniis deteſtentur, perpendam[illegible]
qua intentione debemus hoc vitium fugere, quod D[illegible]
judice, in teſtimonio illius toties reprobatur.

*De impatientia cohibenda.* CAP. XXIII.

QVONIAM blaſphemiæ, omnium vitiorum ſermonem dehoneſtantium grauiſſimè, & turpiſſimè, mater eſt impatientia, vt D. Chryſoſtomus inquit[a], quomodo hæc refrænari, & cohiberi debeat, dicemus. Inprimis autem oportet premere malas cogitationes, neque permittere linguæ, vt aliquid ſonet abſurdi, quemadmodum B. Iob innumera perpeſſus mala, perſeuerauit gratias agere Deo. Sunt nonnulli, qui ſi ioco conuitióve abs quopiam tacti fuerint, aut in aduerſam valetudinem inciderint, aut capitis dolorem, aut alium huius generis morbum, ilico blaſphemias effundunt, ac moleſtiam quidem morbi ſuſtinent, ſed fructu priuantur, dum in beneficum Deum ſuum, in prouiſorem, in ipſorum curam agentem, in ſeruatorem conuitia iaciunt, nec ſe ſentiunt in præcipitium abripi, ſeq́ue ipſos in extremi exitij barathrum deijcere. Non enim ſi blaſphemiam proferunt, leuiorem reddũt morbum, aut iniuriam illatam tollunt. Exacerbant potius illa, ac moleſtiorem ſibi reddunt cruciatum. Propter hoc enim diabolus innumeras impingit moleſtias, vt in illud barathrum eos præcipitet. Et ſiquidem viderit eos blaſphemias proferentes, protinus auget dolorem, ac maiorem reddit, quo ſtimulati rurſus indignè ferant. Quod ſi videret eos fortiter perferentes, quoque morbus, ſeu iniuria eſſet acrior, & maior, hoc magis agerẽt gratias Deo, ilico deſiſteret, vt qui incaſſum fruſtraq́ue pergeret immittere. Quemadmodum enim, vt D. Chryſoſtomus inquit[b], canis aſſiſtens menſæ, ſi viderit hominem veſcentem ſubinde aliquid eorum, quæ in menſa ſunt ipſi proijcientem, manet aſſiduè. Quod ſi ſemel, atque iterum ſic aſtitit, vt diſceſſerit nihil adeptus, protinus abſtinet, veluti qui iam fruſtra, & incaſſum aſſiſtat. Itidem & diabolus iugiter nobis inhiat, ſi quod blaſphemum verbum ipſi ceu cani proijciamus, hoc accepto rurſus aggreditur. Quod ſi perſeueraueris gratias agere, iugulaueris illum fame, celeriterq́ue abegeris, & aufugere coegeris. Verùm non poteſt tacere cruciatu ſtimulatus: nec ego prohibeo te loqui, ſed volo te pro blaſphemia loqui gratiarum actionem, pro verbis indigna-

*Impatientia blaſphemiæ mater.*

a *in Hom. 3. de Lazaro.*

b *in d. Hom. 3.*

*Loco blaſphemiæ quid dicẽdum et faciendum Deo.*

dignationis, verba boni ominis. Confitere Domin
ma vehementer, obſecrando; clama vehementer,
ficando: ſic tibi & morbus redditur leuior, diſc
quidem diabolo propter tuam gratiarum actione
verò auxilio accedente. Nam ſi blaſphemias eff
pariter & Dei auxiliū ſubmouiſti, & diabolum
ſus temetipſum reddidiſti ſæuiorem, & teipſum
inuoluiſti doloribus. Sin gratias egeris, & inſidias
puleris mali dæmonis, & Dei pro te ſoliciti medi
conciliaueris. Verùm ex conſuetudine frequēter

*Lingua cohibenda.*

rapitur lingua, vt peruerſum illud verbum ſonet. V
cùm huc rapietur, priuſquam verbum effuderit,
morde illam vndique dentibus acriter. Præſtat illi
fluere ſanguine, quàm tunc in inferno concupiſce
tam, nec impetrare poſſe refrigerium; præſtat illam
porarium ferre dolorem, quàm tunc perenniter
mortalibus malis cruciari: Quemadmodū diuiti
lingua ardore æſtuans nullum impetrauit refrige
Deus præcepit, vt inimicos tuos diligas, tu verò
te amantem auerſaris. Deus iuſſit, vt conuitiis in
tibus benignè loquaris, maledicentibus benedic
verò illi benefacienti & tui curam agēti maledicis,
nulla in re læſus ſis. An non potuit ſoluere affliction
Potuit, ſed permiſit, vt fias probatior. Verùm ec
quis, collabor interim ac pereo: non propter affli
naturam peris, ſed propter tuam ſocordiam. Dic
Vtra res eſt facilior, blaſphemia, an gratiarū actio?
ne illa eos, qui audiunt hoſtes, & inimicos tibi red
in deſperationem poſtea conijcit? Hæc verò innum

*Cur gratiarum actio, blaſphemia ſit facilior, magiſque amplectenda.*

adfert Philoſophiæ coronas, incredibilēque ab om
admirationem, denique ingentia à Deo pręmia. Cu
tur quòd vtile eſt, quod facile, quod iucundum om
id quod lædit, quod contriſtat, quod tabefacit illiu
ſectaris? Quin & alioqui ſi tentationis, ac paupertat
flictio cauſa eſſet blaſphemiarum, oporteret omnes
in paupertate viuunt, blaſphemos eſſe. Ne igitur

*Quæ ſint cauſæ blaſphemiæ.*

mus quod paupertas, morbus, & periculorum inſ
compellant ad blaſphemiam. Non paupertas, ſed a
conſternatio; non morbus, ſed Dei contemptus: non
riculorum inſultus, ſed pietatis deſertio, vt ad blaſ

mi

miam, ita ad omne malitiæ genus adducit minus attentos.

Porrò quia medicorum axioma eſt, contraria contrariis curari, ad impatientiam curandam, & cohibendam patientia opus erit, quæ vt D. Gregorius tradit [a], tribus modis exerceri ſolet. Alia namque ſunt quæ à Deo, alia quæ ab antiquo aduerſario, alia quæ à proximo ſuſtinemus. A proximo namque perſecutiones, damna, & contumelias ſuſtinemus: ab antiquo aduerſario tentamēta: à Deo autem flagella toleramus. Sed in his omnibus modis vigilanti oculo ſemetipſum debet mens circunſpicere, nec contra mala proximi pertrahatur ad retributionem mali: nec contra tentamēta aduerſarij ſeducatur ad delectationem, vel conſenſum delicti: nec contra flagella opificis prorumpat ad exceſſum murmurationis, nec hic agētes retribui nobis præſentia bona quæramus. Patientia enim, vt D. Chryſoſtomus inquit [b], omnium bonorum cauſa eſt, & vniuerſę philoſophiæ radix. Vnde non abs re Sapiens quidā: Multæ prudentiæ vir tolerans eſt, inquit [c], intolerans validus ſtultitia: Et ciuitati conferens munitæ, hanc illa tutiorem eſſe dicit. Eſt enim patientia ſcutum inexpugnabile, turris firma, mala omnia repellens: & quemadmodum in abyſſum maris ſcintilla delata, huic quidem nihil obeſt, ipſa extinguitur; ſic in animum tolerātem quicquid incidere maximarū etiam rerum poteſt, facile quidem abſumitur ipſum, ille conturbabitur prorſus nihil. Quādo rebus omnibus ſolidior patientia eſt, exercitus, theſauros, equos, muros, arma, & quodcumque tandem memores licet, æquè firmum patientia nihil adduces. Hiſce rebus enim omnibus, vt ſtipatus quis ſit, ſæpe accidit tamē, vt ira iuueniliter victus loco moueatur; tumultu, & turba miſceat omnia. Hic verò velut in portu ſedens ſumma ſemper fruitur tranquillitate. Inijce mulctam, nihil hanc petram mouebis: contumelia pete, nondum turrim concuſſiſti: plagas incute, nihildum adamantem illum perterruiſti. Longanimus enim idcirco vocatur, quia longum & ingētem animum habet. Nam longum, magnū etiam dici conſueuit. Et hanc talem virtutem charitas nobis parit, quæ tam poſſidentibus, quàm fruentibus ſe ingentem prēſtat vtilitatem.

*Impatiētia refrænanda, ſeu ſananda eſt patientia.*

a *Hom. 36. in euang.*

*Quibus modis patientia exercetur.*

b *in cap. 13. epiſt. 1. ad Corinth. Hom. 33.*

*Patientia omnium bonorum cauſa.*

c *Prouerb. 14.*

*Patiētiæ laus, de qua etiam lege Tertulliani librum.*

*Patiētia rebus omnibus eſt ſolidior.*

*Patiens cur dicatur longanimus.*

*Patientia charitatis filia.*

litatem. Nolo homines deſperatos dicas, qui cum m
tis obſunt impunè, deteriores euadunt. Fit iſtud enim
eorum longanimitate, ſed improbitate eorum, qui
ma re peſſimè vtuntur: Hos nolo dicas mitiores,
volo, qui multum ea re iuuantur. Hi cùm iniuriam
lerunt, & nullam ipſi contra ſentiunt; tamen manſu
dinem à ſe affectorum mirati, ingens virtutis ex
documentum ſumunt.

*a lib. 1. offic. cap. 48.*

*Tria ſunt genera hominum iniuriam accipientium.*

D. verò Ambroſius [a] docés quemadmodum repri
tur iracundia, tria ponit genera hominum iniuriam
cipientium. Vnum eſt eorum, quibus peccator in
côuitiatur, inquietat lis quia deeſt iuſtitia pudor
1. augetur dolor. Horum ſimiles plurimi de meo ordi
meo numero. Nam mihi infirmo ſi quis iniuriam
forſitan licet infirmus donem iniuriam meam, ſi
objiciat, non ſum tantus, vt ſim contentus conſc
mea, etiam ſi me eius obiecti alienum nouerim,
pio abluere ingenui pudoris notam, tanquam infir
Ergo oculum pro oculo, & dentem pro dente exig
2. conuitium conuitio rependo. Si verò is ſim qui pro
etſi nondum perfectus, non retorqueo cõtumeliam
influat ille conuitiis, & inungat aures meas contum
3. ego taceo, & nihil reſpondeo. Si verò perfectus ſum
nedico maledicentibus, ſicut benedicebat & Paulus
ait [b]: Maledicimur, & benedicimus. Audierat enim
centem [c]: Diligite inimicos veſtros; orate pro ca
niantibus, & perſequentibus vos. Ideo Paulus per
tionem patiebatur, & ſuſtinebat, quia vincebat, & m
gabat humanum affectum propoſitæ mercedis gr
vt filius Dei fieret, ſi dilexiſſet inimicum.

*b 1. Corint. 4.*
*c Matth. 5.*

Præparandus eſt autem animus, exercenda mens
bilienda ad conſtãtiam, vt nullis perturbari animus
ſit terroribus, nullis frangi moleſtiis, nullis ſupplicii
dere. Quæ difficilè quidem ſuſtinentur: Sed quia o
ſupplicia, grauiorum ſuppliciorum vincuntur form
ne, ideo ſi conſilio firmes animum tuum, nec à rati
diſcedendum putes, & proponas diuini iudicij me
perpetui ſupplicij tormenta, potes animi ſubire tole
tiam. Hoc igitur diligentiæ eſt, vt quis ita ſe compa
Illud ingenij, ſi quis poteſt vigore mentis præuidere

*Quomodo acquiratur tolerantia, & patientia.*

fu

futura ſunt, & tanquam ante oculos locare, quid poſſit accidere, & quid agere debeat, ſi ita acciderit, definire: interdum duo, & tria ſimul voluere animo, quæ conijciat aut ſingula aut coniuncta accidere poſſe, & aut ſingulis, aut coniunctis diſponere actus, quos intelligat profuturos. Fortis ergò eſt viri, nō diſſimulare cùm aliquid immineat, ſed prætendere, & tanquam explorare de ſpecula quadam mentis, & obuiare cogitatione prouida rebus futuris, ne fortè dicat poſtea: ideo iſta incidi, quia non arbitrabar poſſe euenire. Denique niſi explorentur aduerſa, citò occupant. In his ergò duobus illa eſt animi excellentia, vt primùm animus tuus bonis excitatus cogitationibus, mūdo corde quod verum & honeſtum eſt, videat. Beati enim mundo corde, quia ipſi etiam Deum videbunt [a]: atque id quod honeſtum eſt ſolum bonum iudicet. Deinde nullis perturbetur occupationibus, nullis cupiditatibus fluctuet, & iudicium ſuum ſtabili ratione confirmet, & quæ iudicauerit leuia, tanquam nihil profutura contemnat. Deinde ſi quid acciderit aduerſi, idq́; graue, & acerbum putetur, ita ferat, vt nihil præter naturam accidiſſe putet, cùm legerit [b]: Nudus natus ſum, nudus exibo: Quæ Dominus dedit, Dominus abſtulit; ſeruetque in omnibus perſonam ſapientis, & iuſti, ſicut ille ſeruauit, qui ait [c]: Sicut Domino placuit ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum. Si bona ſuſcepimus de manu Domini, quæ mala ſunt non ſuſtinebimus? [d]

*a Matth. 5.*
*Id ſolum bonū eſt quod honeſtum eſt.*
*Aduerſa quomodo toleranda ſint.*
*b Iob 1.*
*c Iob 1.*
*d Ambroſ. d. lib. 1. offic. cap. 38.*

Fortitudo igitur nec tentetur cupiditatibus, nec frangatur metu, quia virtus ſibi cōſtat, vt fortiter omnia perſequatur vitia, tanquam virtutis venena. Iracundiam velut quibuſdam propulſet armis, quæ tollit conſilium, & tanquam ægritudinem vitet [e]: perturbata enim mente latius ſe, ac longius fundit appetitus, & tāquam efferato impetu frænos rationis non ſuſcipit, nec vlla ſentit aurigæ moderamina, quibus poſſet reflecti. Vnde plerumque non ſolùm dum animus exagitatur, amittitur ratio, ſed etiam inflammatur vultus, vel iracundia, vel libidine: palleſcit timore, voluptate ſe non capit, & nimia geſtit lætitia. Hęc cùm fiunt, abijcitur illa naturalis quædā cenſura, grauitaſque morum, nec teneri poteſt illa, quæ in rebus gerendis, atque conſiliis ſola poteſt auctoritatem

*Iracūdia tollit conſilium.*
*e Ambroſ. d. lib. cap. 39.*
*Quomodo grauitas morum, & conſtantia amittatur.*

ſuam, atque illud quod decet, tenere conſtantia. Gra
autem appetitus ex indignatione nimia naſcitur, qu
*a Ambroſ. d. lib. cap. 47.*
acceptæ plerumque accendit iniuriæ dolor.[a]

Eos vero, quos ad tolerantiam paſſionum forte
charitas reddit, nulla delectatio carnis, nulla volu
malè blanda corrumpit. Quoniã, ſi non quid, ſed pro
quid patiamur plurimum refert, non in iis patientia
*b de vita contemp. lib. 3. cap. 20.*
vt D. Proſper inquit[b], qui æquanimiter patiũtur an
tia, ſed in iis tantum, quos fortiter facit ſuſtinere iuſ
*In quibus ſit vera patientia.*
Denique Dominus non ait[c]: Qui perſecutionem pa
tur, & tacuit, ſed adiecit: propter iuſtitiam; vt eu
*c Matth. 5.*
oſtenderet, quod patientiam veram non facit pœna
*Patiẽtiam veram non facit pœna, ſed cauſa*
cauſa; & ideo beatitudinem, non perſecutionem pa
tibus, ſed propter iuſtitiam patiẽtibus repromiſit. Q
ſi ita eſt, ſuperandorum malorũ ſuſtinentia tunc e
*Patiẽtia iuſta in quibus ſit.*
patientia, ſi fuerit iuſta: Et in iis iuſta eſt patientia, q
nec doloribus, nec voluptatibus cedit mẽtis inuicta
ſtantia. Sed hæc animi fortitudo ab illo eſt nobis, c
*d Pſal. 117.*
Propheta cantamus[d]: Fortitudo mea, & laus mea
minus, & factus eſt mihi in ſalutẽ. Fortitudo noſt
quia ita nos cõtra omnia vitia inuicta protectione
roborat, vt animum noſtrum nec blanda diſſoluan
aduerſa deijciant, & tunc laus noſtra Dominus ſit,
nos de muneribus Dei, ſed diuina in nobis cupi
munera prædicari. Nec illi ſuam poſſunt iactare vi
*Verè fortis, qualis eſſe debeat.*
quibus Dominus factus eſt in ſalutem. Is ergo cu
minus eſt animi fortitudo, nullis carnalibus deli
cedat, nullis voluptatibus acquieſcat, ambitionẽ a
pularem gloriam vincat: Non eum pecuniæ amor
ciat, non acerbitas paſſionum, damnorumque ſub
Sit illi Deus laus tota, perfecta gloria, delectatio p
ſpes certa, ſecuritas firma, poſſibilitas ſana, ſanitas in
rupta, vt ei, quicquid carnalibus placet in hoc mũdo
ſpliceat; quicquid pretioſum videtur eſſe vileſcat; q
quid nitidum, futurorum contemplatione ſordeſca
iam ab his, quæ iam per gratiam Dei eliſit, ſe pat
elidi, quia & turpius videtur animũ ab his vitiis v
quæ vicerat, & nihil ei proſit aliqua ſuperaſſe, ſi a
quod neglexerit ſuperare, ſubiaceat, quando non ille
tis haberi ſolet, qui in adeundis laboribus, pericul

Clarus

claruerit, aut frænandis voluptatibus, ac domandis inſtiterit: ſed ille magnus, & ſublimis, ille potens, atq; dignus fortitudinis appellatione cẽſendus ſit, qui nihil ſibi vitij rebellare, aut dominari permiſerit, modo abſit ignauia; ne nos id deſperemus poſſe, quod poſſumus: Abſit præſumptio vitioſa; ne nobis hoc quoq;, quòd per Dei gratiam poſſumus, aſſcribamus. Quia ſiue de munere Dei, quo fortes efficimur, deſperemus; ſiue nos de noſtra poſſibilitate iactemus, idonei ad reſiſtendum vitiis eſſe non poſſumus. Et vtique animi fortitudo tam deſperandi ignauiam debet excutere, quàm iactantiæ contraire.

Cæterùm Prælati in ſubditos nimiam oſtentare cauebunt patientiam. Nam ſi, quod abſit, eccleſiaſticam ſolicitudinem, vigoremque negligant, perdet deſidia diſciplinam, & animabus fideliũ profectò nocebitur[a]. Cunctis enim rectoribus, vt D. Gregorius inquit[b], vtraque ſummoperè ſunt tenenda, vt nec in diſciplinæ vigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſus in manſuetudine, diſtrictionẽ deſerant diſciplinæ, quatenus nec à compaſſione pietatis obdureſcant, cùm contumacem corrigunt; nec diſciplinę vigorem molliant, cùm infirmorum animos conſolantur. Regat ergò vigor diſciplinæ manſuetudinem, & manſuetudo ornet ſermone vigorem, & ſic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta. Et, vt D. Auguſtinus inquit[c]; qui emendat verbere in quem poteſtas datur, vel coërcet aliqua diſciplina, & tamen peccatum eius, quo ab illo læſus, aut offenſus eſt, dimittit ex corde, vel orat, vt ei dimittatur, nõ ſolùm in eo, quod dimittit ex corde, atque orat; verumetiam in eo, quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemoſynam facit; quia miſericordiam pręſtat: Multa enim bona præſtãtur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati, non voluntati, quia ipſi inueniuntur ſibi inimici. Et idem alibi[d]: Quando, inquit, neceſſitas diſciplinæ in moribus coërcẽdis dicere vos dura verba compellit, ſi etiam ipſi modum vos exceſſiſſe ſentitis, non à vobis exigitur, vt vos à ſubditis veniam poſtuletis; ne apud eos, quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimiũ ſeruatur humilitas, regẽdi frangatur auctoritas. At petenda eſt venia ab omnium Domino, qui no-

*Prælati in ſubditos nimiam non debẽt oſtẽtare patiẽtiam.*

a *c. iuſtum. 23. q. 3. & arg. c. fin. 21. q. 5.*

b *in c. ſunt nãque, diſt. 45.*

c *in c. & qui emendat. diſt. 45.*

*Quomodo bona præſtanda ſint inuitis.*

d *in c. quando. diſt. 86.*

*Dum à Pręlatis nimiũ ſeruatur humilitas, regẽdi frãgitur auctoritas.*



qui no-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qui nouit eos, quos plus iuſto fortè corripitis, quam
neuolentia diligatis. Nam, vt Chryſoſtomus inq
iræ tempus nullum eſt, cùm nobis auxiliamur. Si
ſit opus alios corrigere, tunc ea præſertim oportet
alios eruamus.

*a Hom. 30. ad popu. Antioch.*

Danda itaque omnibus eſt opera, vt in vera, &
patientia animas noſtras poſſidere poſſimus. Quod
ſi refrænantes impatiētiam noſtram, ſemper in Dom
gaudeamus, ſine intermiſſione oremus, in omnibus
tias agentes. Hæc eſt enim voluntas Dei ſemper gr
agere, Hoc eſt animæ ſapienter inſtitutæ, vt D. Chry
ſtomus alibi inquit [b]; Paſſus es aliquid mali ? ſed ſi
non eſt malū. Gratias age Deo, & malum in bonū
tranſmutatum. Dic tu quoque quēadmodum & la
nomen Domini benedictum in ſecula. Quid enim
quæſo, paſſus es? Incubuit morbus? At nihil nouum.
pus enim mortale nobis eſt, & pati natum. Sed pec
rum inopia? Verùm & hæ acquiri poſſunt, & ami
hic tantùm manēt. Sed ab inimicis inſidiæ, & calum
Sed nos in his iniuriam non patimur, ſed illi, qui fa
Ait enim [c]: Anima quæ peccat, ipſa & morietur. P
uit autem non qui malè paſſus eſt, ſed qui malè
Non ergò mortuum oportet vlciſci, ſed orare pro
eruatur à morte. Non Paulum audis dicentem [d]? Q
potius iniuriam non patimini, quare potius non p
mini? At vos iniuriam facitis, & aufertis; & hæc fr
bus. Vides quod malè pati in malè faciendo eſt; ben
rò pati in malè patiendo. Dic enim, quæſo, ſi quis pr
pes conuitiis inſectaretur; ſi quis rerum dominos a
ret iniuria, quem læderet, ſemetipſum, an illos? pla
eſt quod ſemetipſum. Ergò principem quidem læd
non illi, ſed ſibi nocet, Chriſtum autem contumelia
ciens, per illud eum contumeliam pati cogit? Ne
quam. Imagines lapidibus impetens quem lapidat, n
ne ſemetipſum? Poſtmodum Regis quidem terren
pidans imaginem, ſe lapidibus obruit, Chriſti ver
merans imaginem (homo namque Dei imago) no
ſemetipſum lædit? Dixit Chriſtus [e]: Qui iraſcitur fra
ſuo ſine cauſa, & qui fatuum vocat, reus erit gehen
Alibi verò maiorem exigit philoſophiam [f], non mo

*b Hom. 68. ad pop.*

*Malum quomodo vertendū ſit in bonum.*

*c Ezech. 18.*

*d 1. Corinth. 6.*

*In quo benè vel malè pati conſiſtat.*

*Imagines lapidibus impetens ſemetipſum lapidat.*

*e Matth. 5.*

*f Mat. 5. Luc. 6.*

quicſ

quieſcere percuſſum iubet, ſed è contrario etiam honorare cædentem, aliamque illi maxillam parare. Hoc autem dicit, nō ad hanc vnam tantummodo iniuriam imperans patientiam, ſed in omnibus quoque aliis ad iſtius nos exercitationem virtutis erudiens. Sicut enim cùm dicit: qui fratrem ſuum fatuum vocat, reus erit gehennę; non de ſola iſtud pronuntiat illius ſermonis iniuria, ſed de omni profectò maledicto: Ita hic quoque, non vt tantūmodo palmis cæſi fortiter feramus iubet, ſed vt quodcumque illud nobis fuerit illatum abſque vlla perturbatione patiamur. Propterea ibi extremā elegit iniuriam, & hic faciei verberationē locauit. Quod certè maximè exprobrabile, & præcipuè eſſe iniurioſum ſolet. Cùm autem de illo, qui percutitur dixerat; pone etiam pro percutiente præceptum. Quando enim ille, qui patitur iniuriam, nihil ſe graue exiſtimat ſuſtinere. Siquidem ad philoſophandum paratus, quodammodo ne ſenſum quidem ipſum experitur iniurię. Certat enim potius ille, qui cęditur. Tunc proculdubiò percuſſor pudore ſuffunditur, nec iam ictum infert ſecundum, etiamſi omni prorſus fera exiſtat immanior. Imò plurimum ſe etiam de priore culpabit. Nihil enim ita lædentes coercet, vt patientia, ac modeſtia læſorum. Nec ſecutorum modò coercet impetum, ſed de præcedente exigit pœnitentiam, cogitque cædentē, vt à percuſſo cum modeſtiæ illius admiratione diſcedat. Quinimo & familiares facit, nec ſolùm amicos de inimicis, ſed ſæpe etiam famulos. Sicut è cōtrario, vltionis exactio vtrumque confundit, ac deteriorem facit, ac iram ad maius inflammat incendium; ad mortem quoque ipſam peruenit malum in vlteriora progrediēs. Propterea eum, qui palmis cęditur, non modò prohibuit iraſci, ſed etiam percutiētis iram exatiare pręcepit, vt ne primam quidem iniuriam videretur ſuſtinuiſſe inuitus. Hoc enim, inquit, modo, etiam impudentiſſimum plaga certiore percuties, quàm ſi eum ferires manu. Et non ſolùm tibi eum tolerabiliorem facis, verumetiam ſibi modeſtiorem.[a]

*Quid fatuì & maxillę nomine in prææallegatis locis cōprehendatur.*

*Nihil ita lædentes coërcet, vt patientia modeſtiáque læſorum.*

*a Chryſoſt. in cap. 5. Matth. Hom. 18.*

Præterea D. Hieronymus ad Euſtochium Paulæ epitaphium ſcribens: Ego, inquit, inter alia aiebam, liuori eſſe cedendum, & dandum inſaniæ locum, quod feciſſet

*Liuori, & inſaniæ cedēdum eſt.*

Iacob in fratre ſuo Eſau, & Dauid in pertinaciſſimo
micorum Saul. At illa reſpondebat: iuſtè hæc dice
diabolus contra ſeruos Dei, & ancillas non vtiq; pe
ret, & ad omnia loco fugiẽtes non prçcederet. Cur
non patientia liuorem ſuperem, cur non humilitate
*a Rom.12. Malum in bono eſt vincendum.* gam ſuperbiam, & percutienti maxillam, offeram
ram, dicẽte Apoſtolo Paulo [a]: Vincite in bono m
Nónne Apoſtoli gloriabantur, quando pro Domi
tiebantur contumeliam? Nónne ipſe Saluator hum
uit ſe formam ſerui accipiens, & factus eſt obediẽs
*b Philipp.2.* vſque ad mortem, & mortem crucis [b], vt nos ſua pa
ne ſaluaret? Iob niſi certaſſet, & viciſſet in prælio,
accepiſſet coronam iuſtitiæ, nec audiſſet à Domino
táſne me aliter locutum tibi, quàm vt appareres iu
*c Matth.5. Quando afflictio materia ſit præmiorum.* Beati dicuntur in Euãgelio [c], qui perſecutionem pa
tur propter iuſtitiam. Secura ſit conſcientia, quod
propter peccata patiamur, & afflictio in ſeculo ma
*Contra iurgia quid meditandum.* præmiorum eſt. Si quando procacior fuiſſet inimic
vſque ad verborum iurgia proſiliiſſet, illud pſalter
*d Pſal.38.* cantabat [d]: Cùm conſiſteret aduerſum me peccato
*e Pſal.37.* mutui, & ſilui à bonis. Et ruſſus [e]: Ego autem quaſ
dus non audiebam, quaſi mutus non aperiens os ſu
Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habe
*Quid in tentationibus.* ore ſuo increpationes. In tentationibus Deutero
*f Deuter.13.* verba [f] voluebat: Tentat vos Dominus Deus veſtr
ſciat ſi diligatis Dominum Deum veſtrum de toto c
*Quid in tribulationibus, & anguſtiis.* veſtro, & de tota anima veſtra. In tribulationibus, &
*g Iſa.28.* guſtiis Iſaiæ replicabat eloquia [g]: Qui ablactati e
lacte, qui abſtracti ab vbere, tribulationem ſuper tr
lationem expectate, ſpem ſuper ſpem. Adhuc pu
propter malitiam labiorum, propter linguã malig
Ea ſcripturæ teſtimonium in cõſolationem ediſſe
Ablactatorum eſſe, eorum ſcilicet, qui ad virilem a
perueniſſent, tribulationem ſuper tribulationem ſ
nere, vt ſpem ſuper ſpem mereantur accipere. Scie
quoniam tribulatio patientiam operatur, patiẽtia a
probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non c
fundit. Et quod, ſi is, qui foris eſt, homo noſter corru
patur, ille, qui intus eſt, innouetur: & impræſentia
leue, & momentaneũ tribulationis veſtræ æternæ glo

pond

pondus operatur in vobis, non aſpicientibus quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur tẽporalia ſunt, quæ autem non videntur, æterna: Nec longum fore tempus etiam ſi humanæ impatientiæ tardum videatur, quin Dei ſtatim videatur auxilium, dicentis [a]: Tempore opportuno exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi. Nec doloſa labia, & linguas iniquorũ eſſe metuendas cùm Domino adiutore lętemur, & ipſum debeamus audire, per Prophetam [b] monentem: Nolite timere opprobria hominum, & blaſphemias eorũ ne metueritis. Sicut enim veſtimẽtum, ſic comedit eos vermis, & ſicut lanam, ſic deuorauit eos tinea. Et [c]: Per patientiam veſtram poſſidebitis animas veſtras. Et [d]: Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et alibi [e]: Tribulationem ſuper tribulationem ſuſtinere, vt patienter agamus in omnibus, quæ accidunt nobis. Patiens enim vir multum eſt prudens: qui autem puſillanimis eſt, vehementer inſipiens.

*a Iſaiæ 49.*

*Linguæ iniquorum non ſunt metuendæ.*

*b Iſa. 51.*

*c Luc. 21.*

*d Rom. 8.*

*e Prouerb. 14.*

*Patiens vir, prudẽs eſt, impatiens, vehemẽter inſipiẽs.*

### *De patientia amplectendæ, & ſeruanda.*

### CAP. XXIIII.

ETSI præmiſſa ad cohibendam impatientiam, & amplectendam patientiam ſufficiunt, tamen quia D. Ioannes Chryſoſtomus patientiam aſſerit omnium bonorum eſſe cauſam, & vniuerſę philoſophiæ radicem, vt ſuprà dictum eſt. D. verò Gregorius illam, quæ mater eſt omnium cuſtoſque virtutum per impatientiæ vitium amitti [f], coronidis loco, quędam ex D. Cypriano de bono patientiæ ſupradictis adijciemus.

*Patientia omnium bonorum cauſa, & philoſophiæ radix.*

*f Hom. 35. in euang et 3 parte curæ paſtor. admonitio. 10.*

Origo autem, & magnitudo patientiæ Deo auctore procedit. Diligenda autẽ res homini, quæ Deo chara eſt. Bonum, quod amat diuina maieſtas, commẽdat. Si Dominus nobis & Deus pater eſt, ſectemur patientiam Dei pariter & patris, quia & ſeruos oportet eſſe obſequẽtes, & filios non decet eſſe degeneres. Qualis verò in Deo, & quanta patiẽtia, quod in contumeliam ſuę maieſtatis, & honoris inſtituta ab hominibus prophana templa, terrena figmenta, & ſacra ſacrilega patientiſſimè ſuſtinẽs, ſuper bonos, & malos æqualiter facit diem naſci, & lumen ſolis oboriri, & cùm imbribus terram rigat, nemo

*Patientiæ origo à Deo.*

 à bene-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

à beneficiis eius excluditur, quo minus iuſtisſimi
& iniuſtis indiſcretas pluuias largiatur. Videmus
parabili æqualitate patientię nocentibus, & innoc
ligioſis, & impiis, gratias agentibus, & ingratis D
tu tempora obſequi; elementa famulari; ſpirare v
fontes fluere; grandeſcere copias meſſium; fructu
teſcere vinearũ; exuberare pomis arbuſta; nemor
deſcere; prata florere. Et cùm crebris imo continu
cerbetur offenſis Deus, indignationem ſuam temp
& præſtitutum ſemel retributionis diem patienter
*Deus ſua patientia vindictam differt.*
ctat. Cumq; habeat in poteſtate vindictam, mau
tenere patientiam, vt, ſi fieri poteſt, multum mali
tracta aliquando mutetur, & homo in errorum, &
rum contagione volutatus, vel ſerò ad Dominum
*a Ezech. 18. b Ioel. 2.*
uertatur, ipſo monente, & dicente [a]: Nolo mort
rientis; tantum, vt reuertatur, & viuat. Et iterum
uertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia
cors, & pius eſt, & patiens, & multę miſerationis
ſententiam flectet aduerſus malitias irrogatas.

Atque vt plenius intelligere poſſimus, fratres d
ſimi, quia patientia Dei res eſt; & quiſquis lenis,
*Patiens Dei Patris imitator eſt.*
tiens & mitis eſt, Dei patris imitator eſt, cùm in
gelio ſuo Dominus præcepta in ſalutem daret, &
monita depromẽs ad perfectum diſcipulos erudi
*c Leuit. 19.*
ſuit & dixit: Audiſtis quia dictum eſt [c]: Diliges p
mum tuum, & odio habebis inimicum tuum: Eg
*d Matth. 5.*
dico vobis [d], diligite inimicos veſtros, & orate p
lis, qui vos perſequuntur, vt ſitis filij patris veſtri,
cælis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, &
los, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si enim dilex
eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?
hoc & publicani faciũt? & ſi ſalutaueritis fratres ve
tantum, quid amplius facietis? nónne ethnici id
faciunt? Eſtote itaque vos perfecti, ſicut pater veſt
leſtis perfectus eſt. Et quia ad hoc deſcendiſſe ſe d
Chriſtus, vt voluntatem patris faceret, inter cæter
mirabilia ſuarum virtutum, quibus iudicia diuina
*Patientia Chriſti.*
ieſtatis expreſſit, paternam quoque patientiam tolera
tenore ſeruauit, omnes denique actus eius ab ipſo ſta
aduentu patientia comite ſignantur. In Iudæis vero

tlera

lerandis æquanimitas quanta, & quanta eius patientia? Incredulos ad fidem ſuadendo flectere obſequio, ingratos fouere, contradicentibus reſpondere leniter, ſuperbos ſuſtinere clemēter, humiliter perſequentibus cedere; prophetarum interfectores, & aduerſum Deum ſemper rebelles vſque ad crucis, & paſſionis horā velle colligere; ſub ipſa autem paſſione, & cruce prius quàm ad crudelitatem necis, & effuſionem ſanguinis veniretur, quę conuitiorum probra patienter audita, quæ contumeliarum tolerata ludibria? Vt inſultantium ſputamina patienter exciperet, qui ſputo ſuo cœci oculos paulò ante formaſſet, & cuius in nomine nunc à ſeruis eius Zabulus cum angelis ſuis flagellatur, flagella ipſe pateretur, coronaretur ſpinis, qui martyres floribus coronat æternis: palmis in faciem verberaretur, qui palmas veras vincētibus tribuit: ſpoliaretur veſte terrena, qui indumento immortalitatis cæteros veſtit: cibaretur felle, qui cibum cæleſtem dedit: aceto potaretur, qui poculum ſalutare propinauit. Ille innocens, ille iuſtus, imo innocentia ipſe, & ipſe iuſtitia inter facinoroſos deputatur, & teſtimoniis falſis veritas premitur, iudicatur iudicaturus, & Dei ſermo ad vindictam tacens ducitur. Et cùm ad crucem Domini confundantur ſidera, elementa turbentur, contremiſcat terra, nox diem claudat, ſol ne Iudæorū facinus aſpicere cogatur, & radios, & oculos ſuos ſubtrahat: ille non loquitur, nec mouetur, nec maieſtatem ſuam ſub ipſa ſaltē paſſione profitetur: vſque ad finem perſeueranter ac iugiter tolerantur omnia, vt cōſummetur in Chriſto plena & perfecta patientia. Et poſt iſta adhuc interfectores ſuos, ſi conuerſi ad eum fuerint, ſuſcipit, & patientia ſua ſalutari ad conſeruandos benignus, & patiens Eccleſiam ſuā nemini claudit: Illos aduerſarios, illos blaſphemos, illos nominis ſui ſemper inimicos, ſi pœnitētiam delicti agant, ſi admiſſum facinus agnoſcant, non ſolū ad indulgentiam criminis, ſed ad præmiū regni cæleſtis admittit. Quid poteſt patientius, quid benignius dici? Viuificatur Chriſti ſanguine, etiam qui effudit ſanguinem Chriſti, talis eſt Chriſti ac tanta patientia, quæ niſi talis, ac tanta exiſteret, Paulū quoque Apoſtolum Eccleſia nō haberet.

*In Chriſto plena, & perfecta patientia, conſummata eſt.*

*Patiētia Chriſti dedit Eccleſiæ Paulum.*

Quod ſi & nos fratres chariſſimi in Chriſto ſumus; ſi

ipſum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Chriſti patientia nobis eſt imitanda.* ipſum induimus; ſi ipſe eſt ſalutis noſtræ via, qui
ſtum veſtigiis ſalutaribus ſequimur, per Chriſti
*a 1. Ioan. 2.* pla gradiamur, ſicut Ioannes Apoſtolus inſtruit, di
Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet, quomodo i
bulauit, & ipſe ambulare. Item Petrus, ſuper qu
cleſia Domini dignatione fundata eſt, in epiſtola
*b 1. Petri 2.* nit, & dicit b: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, rel
vobis exemplum, vt ſequamini veſtigia eius, qui
ta non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, q
malediceretur, non remaledicebat, cùm pateretu
comminabatur. Tradebat ſe iudicanti ſe iniuſte
*In Patriarchis, & Prophetis, aliiſque iuſtis maxima fuit patientia.* mus denique & Patriarchas, & Prophetas, & iuſto
nes, qui figuram Chriſti imagine præeunte portab
hil magis cuſtodiſſe in laude virtutum ſuarum,
quod patientiã forti, & ſtabili æquanimitate te
*In martyribus requiritur patientia.* Tot denique martyres glorioſis mortibus hono
omnes ad cæleſtes coronas patientiæ laude ve
Neque enim poteſt accipi dolorum, & paſſionu
na, niſi præcedat in dolore, & paſſione patientia.

*Ad cognoſcendum quàm patientia ſit vtilis, & neceſſaria, vide etiam de eadem Tertulliani librũ.* Quam ſit autem patientia vtilis, & neceſſaria,
nifeſtius, & plenius poſſit noſci, Dei ſententia cog
quam in origine ſtatim mũdi, & generis humani
præcepti immemor, & datæ legis tranſgreſſor a
tunc ſciemus, quàm patientes in iſto ſeculo eſſe
mus, qui ſic naſcimur, vt preſſuris illic, & conflicta
bus laboremus. Nec ſudantibus, & laborantibus
alia magis, quàm patientiæ ſubuenire ſolatia, qu
apta ſint, & neceſſaria in iſto mundo vniuerſis, tu
gis nobis, qui diabolo impugnante plus quatimur,
acie quotidie ſtantes inueterati, & exercitati hoſt
luctationibus fatigamur, quibus præter varias, &
duas tentationum pugnas, & in perſecutionum q
certamine patrimonia relinquenda ſunt, ſubeund
cer, portandę catenę, animæ impendẽdæ, gladius,
ignes, cruces, omnia denique tormẽtorum, ac pœn
genera fide, ac virtute patientiæ perferẽda Domino
*c Ioan. 16.* inſtruente, & dicente c: Hæc locutus ſum vobis, vt i
pacem habeatis, in ſeculo autem preſſuram habebit
fidite, quoniam ego vici mũdum. Bonum autem fa
tes non deficiamus. Tempore enim ſuo metemus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicto Apoſtolus admonet, ne quis impatiens in operatione deficiat: ne quis tentationibus, aut auocatus, aut victus in medio laudis, & gloriæ itinere deſiſtat, & pereant præterita, dum quę ſuperant, deſinunt eſſe perfecta.

*Patientia non tantũ bona cuſtodit, ſed & repellit aduerſa.*

Patientia autem, non tantum bona cuſtodit, ſed & repellit aduerſa, Spirituiſancto fauens, & cæleſtibus, ac diuinis cohærens contra facta carnis, & corporis, quibus anima expugnatur, & capitur, virtutum ſuarum propugnaculo reluctatur. Charitas fraternitatis vinculum, fundamentum pacis, tenacitas, ac firmitas vnitatis, quæ & ſpe, & fide maior eſt, quę & opera, & martyria pręcedit, quæ nobiſcum ſemper æterna apud Deum in regnis cæleſtibus permanebit. Tolle illi patientiam, & deſolata non durat. Tolle ſuſtinendi, tolerandique ſubſtantiam, & nullis radicibus, ac viribus perſeuerat. Apoſtolus denique cum de charitate loqueretur [a], tolerantiam, & patientiam illi iunxit. Et alio in loco [b]: Cum patientia, inquit, ſupportantes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Probauit nec charitatem ſeruari poſſe, nec pacem, niſi ſe inuicem fratres mutua tolerantia foueant, & concordiæ vinculum patientia intercedente cuſtodiant. Quid deinde, vt non iures, neq; maledicas, vt tua ablata non repetas, vt accepta alapa & alteram maxillam verberanti prębeas, vt fratri in te peccanti non tantũ ſepties, ſed ſeptuagies ſepties, ſed omnia omnino peccata dimittas; vt diligas inimicos tuos; vt pro aduerſariis, & perſecutoribus precem facias? Non poteris iſta perferre, niſi tolerantiæ, & patientiæ teneas firmitatem.

*Charitatis effectus, eiuſque præſtantia.*

*Charitas abſq; patientia non durat.*

a 1. *Cor.* 13. *cap.*
b *Epheſ.* 4. *cap.*

*Ad iniurias omnes perferendas patientia opus eſt.*

Quid dicam de ira, de diſcordia, de ſimultate, quæ in Chriſtiano eſſe non debent? Sit patientia in pectore, & hæc illic locum habere non poſſunt; aut ſi adire tentauerint, citò diſcedēt excluſa, vt domicilium pacificum perſeueret in corde, vbi Deum pacis delectet habitare. Admonet denique Apoſtolus, & docet, dicēs [c]: Nolite contriſtare Spiritumſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in diē redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia auferantur à vobis. Si enim Chriſtianus à furore & contentione carnali tãquam de maris turbinibus exceſſit, ac trãquillus, & lenis in portu

c *Epheſ.* 4.

Chriſti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chriſti eſſe iam cæpit, nec iram, aut diſcordian
intra pectus admittere, cui nec malum pro malo
re licet, nec odiſſe.

*Ad carnis incommoda, & corporis cruciatus perferendos patiētia neceſſaria eſt.*

Necnon ad varia quoque carnis incommoda,
bros corporis, duroſque cruciatus, quibus humanu
nus quotidie fatigatur & patitur, patiētia neceſſa
Examinandis namque nobis, atque explorandis
importantur labores, & multiplex tentationum
tas irrogatur, de iacturis facultatum, de ardori
brium, de cruciatu vulnerum, de amiſſione char

*Iuſtus ab iniuſto patientia diſcernitur. a Eccleſ. 2.*

Nec aliud magis iuſtos diſcernit, & iniuſtos, quàm
in aduerſis per impatientiam queritur, & blaſphem
iuſtus; patientia iuſtus probatur, ſicut ſcriptum
dolore ſuſtine, & in humilitate tua patiētiam hab

*Iob patientia probatus eſt.*

niam igne probatur aurum, atque argētum. Sic
minatus eſt, & probatus eſt, ad ſummum faſtigi

*Tobias patientia tentatus.*

tiētiæ laudis virtute prouectus. Tobias quoq; po
tiæ, & miſericordiæ ſuæ opera magnifica lumini
ſione tentatus, in quantum patienter cęcitatem p
in tantum granditer Deum patientiæ laude prom

Atque vt magis, fratres dilectiſſimi, patiētiæ b

*Impatientia quid mali importet conſiderādum: de quo etiam lege Tertullia. in lib. de patient.*

luceat, quid mali è contrario impatientia import
ſideremus. Nam vt patientia bonum Chriſti eſt
contra impatientia Zabuli malum; & ſicut in quo
tat, & manet Chriſtus, patiens inuenitur; ita imp
ſemper exiſtit, cuius mentem Zabuli nequitia po
Quid Iudaicus populus circa beneficia diuina p
& ingratus, nónne quod à Deo primùm receſſit
tientiæ crimen fuit? Dum Moyſi cum Deo loquēti
ras non poteſt ferre, profanos Deos auſus eſt poſt
nec vnquam ab eadem impatientia deſtitit, quo
ſemper docilitatis, & diuinæ admonitionis imp

*Impatientia in Eccleſia hæreticos facit.*

prophetas ſuos, & iuſtos quoſque perimendo ad c
quoque, & ſanguinem Domini proſiliret. Impat

*Impatiētia rebelles ad odia compellit.*

etiam in Eccleſia hæreticos facit, & ad Iudæorum
litudinem contra Chriſti pacem, & charitatem reb
ad hoſtilia, & furioſa odia compellit.

*Quæ patientia ædificat ad gloriā, impatientia deſtruit ad ruinam.*

Et ne longum ſit ſingulatim recenſere omnia, om
quæ patientia ædificat ad gloriam, impatiētia deſtru
ruinam. Quare, fratres dilectiſſimi, & bonis patie

& im

& impatientiæ malis diligenter expenſis, patiẽtiam per quam in Chriſto manemus, vt venire cum Chriſto ad Deum poſsimus, plena obſeruatione teneamus: quæ copioſa, & multiplex non anguſto fine cõcluditur, nec breuibus terminis coercetur. Latè patet patientiæ virtus, & vbertas eius, ac largitas de vnius quidem nominis fonte proficiſcitur, ſed exundantibus venis per multa gloriarũ itinera diffunditur, nec proficere aliquid in actibus noſtris poteſt, ad conſummandam laudem, niſi inde conſummationis accipiat firmitatem.

*Per patiẽtiam in Chriſto manemus.*

Patientia eſt, quæ nos Deo, & commendat, & ſeruat: ipſa eſt, quæ iram temperat, quæ linguam frænat, mentem gubernat, pacem cuſtodit, diſciplinam regit, libidinis impetum frangit; timoris violentiam comprimit; incendium ſimultatis extinguit; coercet potentiam diuitũ, inopiam pauperum refouet; tuetur in virginibus beatã integritatem, in viduis laborioſam caſtitatẽ, in coniunctis & maritatis indiuiduã charitatem: facit humiles in proſperis, in aduerſis fortes, contra iniurias, & contumelias mites: docet delinquentibus citò ignoſcere; ſi ipſe delinquas, diu, & multum rogare: tẽtationes expugnat, perſecutiones tolerat, paſsiones, & martyria conſummat: ipſa eſt, quæ fidei noſtræ fundamenta firmiter ponit: ipſa eſt, quæ incrementa ſpei ſublimiter prouehit; ipſa actũ dirigit, vt tenere poſsimus viam Chriſti, dum per eius tolerantiam gradimur: ipſa efficit, vt perſeueremus filij Dei, dum patientiam patris imitamur. Et quoniam plurimos ſcio, vel pondere iniuriarum ingentium, vel dolore de iis, qui aduerſum ſe graſſantur, & ſæuiunt, vindicare velociter cupere: Nec illud in extrema parte reticendum eſt, vt in iſtis fluctuantis mundi turbinibus, & Iudæorum ſiue gentilium, & hæreticorũ quoque perſecutionibus cõſtituti, patiẽter expectemus vltionis diẽ, nec ad vindictã doloris noſtri querula feſtinatione properemus, cùm ſcriptũ ſit[a]: Expecta me, dicit Dominus, & diem reſurrectionis meæ in teſtimoniũ, quoniam iudicium meũ eſt ad congregationes gentium, vt excipiã Reges, & effundã ſuper eos iram meam. Expectare nos iubet Dominus, & futuræ vltionis diem forti patientia ſuſtinere, qui & in Apocalypſi loquitur, dicens[b]: Ecce

*Patientia nos Deo commendat, & ſeruat. Varij, & inſignes patientiæ effectus.*

a Soph. cap. 3.

b cap. 22.

venio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere vni
ſecundum facta ſua. Vnde etiam clamantes marty
ad vindictam ſuam dolore erumpente properant
pectare adhuc iubentur, & temporibus conſumm
implendiſque martyribus præbere patientiam[a]. C
patientiam, fratres dilectiſsimi, & in perſecution
paſsionibus noſtris cogitemus. Huius aduentui p
expectationis obſequium præbeamus. Nec delo
ante Dominum ſerui irreligioſa, & inuerecunda ſ
tione properemus. Inſiſtamus potius, & elaborem
toto corde vigilantes, atque ad omnem toleranti
biles dominica præcepta ſeruemus, vt cùm illa i
vindictæ dies venerit, non cum impiis, & peccat
puniamur, ſed cum iuſtis, & Deum timentibus
remur.

a Apoc. 6. cap.

Ad hanc autem patientiam in nobis ſtabiliēdam
& expediens fuerit[b] cōſiderare, nos longè grauio
la diuerſis multorum annorum peccatis comm
quę ſi non in iſto mundo his ſimilibuſque afflictio
certò in futuro ſeculo purgatorij ignibus excoq
erunt. Deinde conferre tribulationes, moleſtias
ſtras cum his, quas multi alij fortaſſe etiam melio
bis tolerant. Tertiò, reſpicere ad lucrum, quod e
latione ſequetur. Sicut enim operarius in ſumm
ribus cōſolatur ſe expectatione mercedis; ita Chri
in omnibus moleſtiis, & afflictionibus gaudere
ſpe retributionis. Quartò, cogitare quid ex impa
leuaminis ſentiemus. Non enim ob id dolor mi
aut moleſtia tolletur, quia impatientię ſigna edim
potius augebitur, quod ad certa mala etiam conſ
vulnus addamus. Ergo faciamus de neceſsitate vi
patienterque feramus quod ad Dei voluntatem fe
videmus. Poſtremò, oculis fidei ad Dei voluntate
nia referre oportet quæ patimur, neque imputare h
nibus vllis mala illata, ſed Deo, quo auctore nobis
nia eueniunt. Sicut B. Iob tam magno à variis acc
detrimento, nihil de vllis inimicis conqueſtus, di
Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino
cuit, ſic factum eſt: ſit nomē Domini benedictum. D
rò Gregorius[d]: Magna eſt, inquit, conſolatio in co

*Ad acquirendam patiētiam quædā media.*
b *vt tradit Præfect. Sodal. B. Mariæ Colon. part. 1. piar. & Christian. inſtit. tit. de med. ad patient.*

c *Iob 1.*

d *lib. 2. moral. cap. 18.*

dis

diſplicet, quod illo ordinante erga nos agitur, cui non niſi iuſtum placet. Si igitur iuſta placere Deo ſcimus, pati autem niſi quæ Domino placuerunt non poſſumus: iuſta ſunt cuncta, quæ patimur, & valde iniuſtum eſt, ſi de iuſta paſſione murmuramus. Deinde ſciendum eſt, quod plerumque euenire patientibus ſolet[a], vt eo quidē tēpore, quo aduerſa patiuntur, vel contumelias audiunt, nullo dolore pulſentur, & ſic patientiam exhibeant, vt cuſtodire etiam cordis innocentiam curent. Sed cùm poſt paululum hæc ipſa, quæ pertulerint, ad memoriam reuocant, igne vehementiſsimi doloris inſtigantur, argumenta vltionis inquirunt, & manſuetudinem, quam tolerātes habuerunt in retractatione, & recordatione ſua ſemetipſos diiudicantes perdunt. Ille ergò veraciter patientiam ſeruat, qui & ad tempus aliena mala ſine dolore tolerat, & hæc eadem retractans pertuliſſe ſe talia exultat, ne bonum patientiæ quietis, & pacis tempore pereat, quod in perturbationibus cuſtoditur.

*Pati niſi quæ Domino placuerunt nō poſſumus.*

*a Greg. Hom. 35. in euang.*

*Quis vere patientiā ſeruet.*

*In ſermone dicendam veritatem, & mendacium fugiendum eſſe.* CAP. XXVI.

AD ſermonis honeſtatem, de qua hactenus egimus, inſuper requiritur, vt in eo veritas ſit, & nō mendacium. Quoties enim aliquid aut dicimus, aut loquimur, vt Cicero inquit[b], toties de nobis iudicatur. Nam interpres mentis noſtræ eſt ipſa oratio, verbis quidem diſcrepans, ſententiis congruens[c]. Hinc & vulgò dici ſolet: Qualis vir, talis oratio. Itaq; inprimis prouidēdum, ne ſermo vitium aliquod indicet noſtris ineſſe moribus, quod maximè tū ſolet euenire, cùm ſtudioſè de abſentibus detrahendi cauſa, aut maledicè, aut per ridiculum, aut ſeuerè contumelioſeque dicitur[d]. Charondas Tyrius dixiſſe legitur[e], vt honeſtatem, ac veritatem quiſque colat, turpitudinem atque mendacium oderit: nam hiſce notis virtus, & malitia diſcernuntur. Quare ſtatim à pueris aſſuefacere oportet, caſtigando quidem mentiendi ſtudioſos, veritatis autem, amando. Idcirco, vt Cicero refert[f], quæ pœna à diis immortalibus periuro, hæc mendaci conſtituta fuit. Non enim ex pactione verborum quibus iuſiurandum comprehenditur, ſed ex

*b 1. de oratore.*

*c Cic. 1. de legib.*

*Qualis vir, talis oratio.*

*d Cic. 1. lib. offic.*

*e apud Stepha. Bellengardum in ſenten. volum.*

*f Pro Roſcio. Mendaci & periuro eadem eſt pœna conſtituta.*

 perfidia,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

perfidia, & malitia, per quam inſidiæ tenduntur
deos immortales ſuos iraſci, ac ſuccenſere cõſueu
*Perſarum inſignis inſtitutio.* bat. Quocirca & Perſæ liberos ſuos in prima ætate
bant iuſtitiam colere æquum ab iniquo diſcernere
cipuè autem verum dicere. Vtinam autem tam
eſſent Chriſtiani hoc tempore in ſuis erudiendis li
a *cap.59.* Sed nunc, proh dolor, cum Iſaia Propheta [a] exclam
videtur: Corruit in plateis veritas, & æquitas nõ p
b *Pſal.11.* ingredi. Et facta eſt veritas in obliuione. Et cũ Dau
Saluum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus
niam diminutæ ſunt veritates à filiis hominum. E
c *cap.8.* Zacharia Propheta [c]: Loquimini veritatem vnuſq
cum proximo ſuo: veritatem, & iudicium pacis iu
in portis veſtris, & vnuſquiſque malum contra a
ſuũ ne cogitetis in cordibus veſtris, & iuramẽtum
dax ne diligatis. Omnia enim hæc ſunt, quæ odi
Dominus.

Et vtinam à Rege noſtro Philippo Catholico
haſce ſuas prouincias inferioris Germaniæ dici, &
dari cum Iuſtiniano Imperatore poſſet cum effec
bemus omnes violentias, & omnem auaritiam
d *l.1.C.de offic. præfect. prætor. Afric.* & iuſtitiam, ac veritatem reſtaurari, ac reſeruari [d]
rum hoc vnum nunc maximè deplorãdum, quod
veritatem, quæ à Prælatis ex SS. Concilio Trid
potiſsimùm ad reformandum deprauatos Canon
*Inueterata cõſuetudo reformationi inducendæ paſſim opponitur.* & aliorum eccleſiaſticorum mores, allegatur, op
tur inueterata conſuetudo. Quare hoſce abuſuum
ſores, & excuſatores meminiſſe velim à D. Aug
ſcriptum eſſe [e]: Qui contempta veritate præſumi
e *c. qui contempta. diſt.8.* ſuetudinem ſequi, aut circa fratres inuidus eſt, &
gnus, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum in
eſt, inſpiratione cuius Eccleſia eius inſtruitur. Na
f *Ioan.14.* minus in euãgelio [f]: Ego ſum, inquit, veritas. Non
ego ſum conſuetudo. Itaque veritate manifeſtata
g *c. cõſuetudo. 8. diſt.* conſuetudo veritati. Et D. Cyprianus [g]: Conſuetu
quit, quæ apud quoſdam irrepſerat, impedire non
quo minus præualeat veritas, & vincat. Nam cõſu
ſine veritate, vetuſtas erroris eſt. Propter quod reli
h *3. Heſd.3. & 4.* rore ſequamur veritatem, ſcientes quia apud He
veritas vincit, vt ſcriptum eſt [h]: Veritas valet, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

leſcit, & viuit in æternum, & obtinet in ſecula ſeculorũ. Atque huius ſententiam ſecutus D. Gregorius Papa [a]: Si, inquit, conſuetudinem fortaſſe opponas, aduertendũ eſt, quod Dominus dicit: Ego ſum via, veritas, & vita. Non dixit: Ego ſum cõſuetudo, ſed veritas. Et certè, vt B. Cypriani vtamur ſententia, quęlibet conſuetudo quantumuis vetuſta, quantũuis vulgata veritati omnino eſt poſtponenda: Et vſus, qui veritati eſt contrarius, eſt abolendus. Quo pertinet & illud D. Auguſtini [b]: Fruſtra qui ratione conuincuntur, conſuetudinem nobis obijciunt, quaſi conſuetudo maior ſit veritate, aut non ſit in ſpiritualibus ſequendum quod melius à Spirituſancto reuelatum eſt. Hoc planè verũ eſt, quia ratio, & veritas conſuetudini præponenda ſunt. Sed ſi conſuetudini veritas ſuffragatur, nihil oportet firmius retineri. Mala autem conſuetudo, vt Nicolaus Papa reſcripſit [c], non minus, quàm pernicioſa corruptela abijciẽda, & vitanda eſt; quę niſi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab impiis aſſumitur. Et incipiũt præuaricationes, & variæ præſumptiones celerrimè non compreſſæ pro legibus venerari, & priuilegiorum more perpetuò celebrari.

*Veritas immaleſcit, & viuit in æternum.*
a *in c. ſi conſuetudinem. d. diſt. 8.*
*Qualibet conſuetudo veritati eſt poſtponenda.*
b *in c. fruſtra. d. diſt. 8.*
*Ratio, & veritas conſuetudini præponenda ſunt.*
*Conſuetudo quatenus ſeruanda.*
*Mala conſuetudo pro priuilegiis ab impiis aſſumitur.*
c *in c. mala. d. diſt.*

Quare omnibus eccleſiarum Prælatis vnicè danda eſt opera, vt quàm citiſſimè radicitus euellãtur ex ipſorum eccleſiis conſuetudines rationi, & veritati contrariæ, vel decretis SS. concilij Tridentini non conformes. Et non timeant eos, qui occidunt corpus, ne fortè propter timorem mortis, vel rebellionem, aut contradictionem ſuorũ ſubditorum, non liberè audeant dicere, quod illis ex concilio Tridentino iniũctum eſt. Siquidem non ſolùm ille proditor eſt veritatis, vt D. Chryſoſtomus inquit [d], qui tranſgrediens veritatem palam pro veritate mẽdacium loquitur; ſed etiam ille, qui nõ liberè veritatem pronuntiat, quam liberè pronuntiare oportet: aut non liberè veritatem defendit, quam liberè defendere cõuenit, proditor eſt veritatis. Et D. Auguſtinus [e]: Quiſquis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat, quia magis timet hominem, quàm Deũ. Vterque autem reus eſt, & qui veritatẽ occultat, & qui mendacium dicit. Quia & ille prodeſſe nõ vult, & iſte nocere deſiderat. Nemo verò peritorum aut prudentium putet,

d *Hom. 25. in Matth. & in c. nolite timere. 11. q. 3.*
*Proditor eſt veritatis, qui illam liberè nõ pronuntiat, vel non defendit.*
e *in c. quiſquis. 11. q. 3.*
*Quiſquis metu veritatẽ occultat, irã Dei ſuper ſe prouocat.*

quod minus ſit periculum in verbis lingua menti
quàm manibus ſanguinem fundendo. Melius eſt
pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione be
ficium [a]. Innocentius verò Papa [b]; error, cui nō reſi
inquit, approbatur; & veritas cùm minimè defen
opprimitur. Negligere quippe cùm poſsis pertur
peruerſos, nihil eſt aliud, quàm fouere, nec caret ſc
lo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſi
uiare. Cui conſonat & illud D. Gregorij [c]: Conſ
videtur erranti, qui ad reſecanda, quę corrigi debe
occurrit.

Et ſtudiosè in hiſce corrigendis cauendum eſt, ne
pinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis af
veritatem impediat: Amor enim carnalis, & timo
auaritia plerumque ſenſus hebetant humanos, & p
tunt opiniones, vt quęſtum pietatem putent, & p
quaſi mercedem prudentiæ [d]. Tantam ſemper pot
veritas habuit (etiam apud ethnicos [e]) vt nullis m
nis, aut cuiuſquam hominis ingenio aut arte ſubue
tuerit. Et licet in cauſis nullum patronum, aut defe
obtineat, tamen per ſe ipſa defenditur. O magna v
ritatis, quę contra hominum ingenia, calliditatem
tiam, contraque fictas omnium inſidias facilè ſ
poſsit. Sed dolendum, adeo multorum improbit
mendaciis depreſſam eſſe, vt illius emergendæ p
gua ſpes refulgeat, cùm tamē quod verum, ſimple
cerumque eſt, id naturæ hominis, vt Cicero docu
accommodatiſsimum. Quapropter Epaminonda
ſeuerus veritatis cultor fuit, vt ne ioco quidem me
ſit quicquam. Non enim ignorabat omnium vitio
maximè odioſum, & inuiſum tam diis, quàm ho
bus, eſſe mendacium, tanquam litem quādam, & p
ciuitatis.[g]

Quod & è iure ſcripto euidenter liquet. Siquide
Imperatoribus cōſtitutum legitur [h]: Prę ſcriptione
daciorum oppoſita, ſiue in iuris narratione menda
reperiatur, ſiue in facti, ſiue in tacendi fraude pro te
veritatis, non deprecantis affirmatione, datum iudi
cognoſcere debere; & ſecundum hoc de cauſa cogn
ferre ſententiam. Et ſi legibus cōſentaneum ſacrum

a c. nemo. 11. q. 3.

*Melius eſt pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione beneficium.*

*Quando quis peruerſos fouere dicatur.*

b in c. error. diſt. 83.

c in c. conſentire. diſt. 83.

*Quæ affectio carnalis veritatē impediat.*

d c. accuſatores vel teſtes. 3. q. 5.

e Cicer. in Vatin.

f 1. lib. offic.

*Mendaciū diis & hominibus præ cęteris vitiis maximè odioſum.*

g Plato de repub. dial. 2. et 3.

h l. 2. c. ſi cōtra ius vel vtilit. publ. vel per mendac. fuer. ali. poſtul.

culum, mendax precator attulerit, careat penitus impetratis. Et ſi nimia mentientis inueniatur improbitas, etiam ſeueritati ſubiaceat iudicantis[a]. Vnde & in reſcriptis Apoſtolicis ſemper intelligenda eſt hæc conditio, etiamſi non apponatur: Si preces veritate nitantur[b]. Præcepit quoque Dominus[c]: Non mentiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximū ſuum Os enim quod mentitur occidit animam[d]. Et abominatio eſt Domino labia mendacij; qui autem fideliter agūt, placent ei[e]. Hinc Dauid Pſalmiſta[f]: Odiſti Domine omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Is autem cenſetur loqui mendacium, cenſore D. Auguſtino[g], qui, contra id quod animo ſentit, loquitur voluntate fallendi. Et vtique verba propterea inſtituta ſunt, nō vt per ea ſe inuicem homines fallāt, ſed vt eis quiſque in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat. Verbis ergò vti ad fallaciam, nō ad quod ſunt inſtituta, peccatum eſt. Nec ideo vllum mendacium putandum eſt non eſſe peccatum, quia poſſumus aliquādo alicui prodeſſe mentiendo: poſſumus enim & furando, ſi pauper cui palàm datur ſentit commodum, & diues, cui clam tollitur non ſentit incommodum: nec ideo tale furtum quiſquam dixerit peccatum non eſſe. Nemo mentiens iudicādus eſt, qui dicit falſum, quod putat verum: quia quantum in ipſo eſt, non fallit ipſe, ſed fallitur; Non itaque mēdacij, ſed aliquando temeritatis arguendus eſt, qui falſa incautus credit, ac pro veris habet, potiuſq; è contrario quantum eſt in ipſo, ille mentitur, qui dicit tanquam verum, quod putat falſum. Quantum enim ad animum eius attinet, qui nō quod ſentit, hoc dicit, nō verùm dicit; quamuis verum inueniatur eſſe quod dicit; nec vllo modo liber eſt à mendacio, qui ore neſciens verū loquitur; ſciens autem voluntate mentitur. Non conſideratis itaque rebus ipſis, de quibus aliquid dicitur, ſed ſola intentione dicentis, melior eſt qui neſciens falſum dicit, quoniam id verum putat; quàm qui mentiendi animum ſciens gerit, neſciens verum eſſe quod dicit. Et ideo etiam Dominus, vt Chryſoſtomus inquit[h]; Inter iuramentum, & loquelam noſtram, nullam vult eſſe diſtantiam. Quia ſicut in iuramento nullam conuenit eſſe perfidiam; ita quoque

*Marginal notes:*

a *l. & ſi legibus. C. d. tit.*
b *c. 2. de reſcrip.*
c *Leuit. 19. cap.*
d *Sapien. 1.*
e *Prouerb. 12.*
f *Pſal. 5.*
g *in c. is autē. 22. q. 2. & in enchirid. c. 12.*
*Verbis vti ad fallaciam, non ad quod ſunt inſtituta, peccatum eſt.*
h *c. iuramēti. 22. q. 5.*
*Inter iuramentum, & noſtrā loquelam nulla debet eſſe diſtantia.*

in verbis noſtris nullum debet eſſe mendacium, qu
trumque, & periurium, & mendaciũ diuini iudicij
damnatur, dicente ſcriptura : Os quod mentitur o
animam. Ita vt nec artificioſo mendacio, nec ſim
verbo oporteat quẽquam decipere : quia quomodo
mentitur quis occidit animã [a]. Cùm autem humili
cauſa mẽtiris, ſi non eras peccator antequam mẽti
mentiendo efficeris quod euitaras. Veritas autem
in te non eſt, niſi te ita dixeris peccatorem, vt etiam
cognoſcas. Veritas autẽ ipſa eſt, vt quod eſt, dicas.
quomodo eſt humilitas, vbi regnat falſitas [b]? Quo
non ita caueatur arrogantia, vt veritas relinquatur

*a c. nec artificioſo. 22. q. 2.*
*Cauſa humilitatis non licet cuiquam mentiri.*
*b c. cùm humilitatis. 22. q. 2.*
*c c. non ita. 22. q. 2.*
*d epiſt. 1.*
*Qualis D. Petri quotidiana fuerit prædicatio.*

D. verò Clemens Papa & martyr D. Iacobo ſcr
quæ à B. Petro audiuiſſet, & didiciſſet [d]: Quotidia
quit, illius prædicatio, inter cætera diuina manda
erat, quam in eius exemplum etiam tibi, frater ch
me, ſignificare curaui : Bonorum, inquit, operum
cætera ſemina, ac negotia ſunt, quantum vnuſq
ſapit & poteſt, totius intimi cordis viſceribus Deum
ligere, & proximum velut ſeipſum. Abnegare ſe
ſibi, vt IESVM Chriſtum Dominum noſtrum ſ
tur, & nihil eius amori præponere, veritatem co
ore proferre debere, & totam ſpem ſuam in Deo ſ
committere. Inſtruebat actus ſuæ vitæ omni hora
dire, & in omni loco Deum reſpicere, firmiter ſ
gitationes malas cordi ſuo aduenientes, mox ad C
ſtum allidere, & ſacerdotibus Domini manifeſta
Os ſuum à multo, vel prauo colloquio cuſtodire, &
ba vana, aut mendacia non loqui; quia os quod me
occidit animam. Verba diuina libenter audire, &
cerdotibus ſuis libenter obtemperare, atque obedi
eſſe docebat.

*Veritas corde, & ore proferenda eſt.*
*Os à multo, & prauo colloquio cuſtodiendũ eſt.*
*Sacerdotibus libenter obediendum eſt.*

*An vnquam mentiri liceat, & quot mendacij genera.*

## CAP. XXVII.

D. VERÒ Auguſtinus explicans illud Pſalmi
Perdes omnes, qui loquuntur mendacium
quis, inquit [e], arbitretur perfectum & ſpiri
hominem pro iſta temporali vita, morte cuius ſu
alterius non occiditur anima, debere mentiri : quo

*e in c. ne quis. 22. q. 2.*
*Pro conſeruanda iſta vita tẽporali, mentiendum non eſt.*

ali

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aliud eſt mentiri, aliud eſt verum occultare; ſiquidem aliud eſt falſum dicere, aliud verũ tacere: vt ſi quis fortè non velit ad iſtam viſibilem mortem hominem prodere, paratus eſſe debet verum occultare, non falſum dicere, vt neque prodat, neque mentiatur; nec occidat animã ſuam pro corpore alterius. Cui conſonat & illud quod idem alibi ſcriptum reliquit, dicẽs[a]: Faciat homo etiam pro temporali ſalute hominum quod poteſt, cùm autem ad hoc ventum fuerit, vt tali ſaluti, niſi peccando conſulere non poſſit, iam ſe exiſtimet non habere quid faciat: quoniam id reliquum eſſe perſpexerit quod rectè faciat. Si quis igitur ad te confugerit, qui de mendacio tuo poſſit à morte liberari, non es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animam. Cùm ergò mentiendo vita æterna amittitur, numquam pro cuiuſquam vita temporali mentiendum eſt[b]. Nec ab his diſcedit B. Iſidorus, dicens[c]: Omne genus mẽdacij ſummoperè fuge: nec caſu, nec ſtudio loquaris falſum, nec vt præſtes mentiri ſtudeas: nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus.

a *in lib. contra mẽdac. cap. 17. & c. faciat. 22. q. 2.*

b *c. ſi quis ad te. 22. q. 2.*

c *in dial. hom. & ration. & in c. omne. 22. q. 2.*

In ipſarum autem conſideratione rerum, quæ dicuntur, tantum intereſt (quia ſiue quis fallatur, ſiue mentiatur; vtcumque * falli quàm mentiri minus eſt malum) quantum pertinet ad hominis voluntatem: tamen longè tolerabilius eſt, in his, quæ à religione fidei ſeiũcta ſunt, mentiri: quàm in his, ſine quorum fide, vel notitia Deus coli non poteſt, falli[d]. Mihi autem, vt D. Auguſtinus inquit[e], non abſurdè videtur omne quidem mendacium eſſe peccatum, ſed multum intereſt, quo animo, & de quibus rebus quiſque mentiatur. Non enim ita peccat, qui conſulendi, quomodo ille, qui nocendi voluntate mentitur: nec tantum nocet qui viatorem mentiendo in aduerſum iter mittit, quantum is, qui viam vitæ mendacio fallente deprauat. Quare ſciendum eſt diuerſa ab ipſo D. Auguſtino[f] numerata eſſe mendaciorum genera: Primum eſt capitale mendacium, & longè fugiendum: quod fit in doctrina religionis; ad quod mendacium nulla conditione quiuis debet adduci. Secundum, vt ſi aliquem lædat iniuſtè, quod tale eſt, vt nulli proſit, & obſit alicui. Tertium, quod prodeſt

* *al.* vbicunque

d *c. in ipſarũ. 22. q. 2.*

e *in enchirid. cap. 18. & in c. mihi autẽ. 22. q. 2.*

f *in lib. de mẽdac. cap. 14. & in c. primũ eſt. 22. q. 2.*

*Mendaciorum multa ſunt genera.*

alteri, ita vt obſit alteri: quamuis non ad immundi
obſit corporalem. Quartum, ſola mentiendi fallen
libidine, quod merum mendacium eſt. Quintum,
fit placendi cupiditate de ſuaui eloquio. His om
penitus euitatis, atque reiectis, ſequitur ſextum g
quod nulli obeſt, & prodeſt alicui: velut ſi quiſpia
cuniam alicuius injuſtè tollendam ſciens, vbi ſit n
ſe mentiatur. Septimū genus mendacij eſt, quod &
obeſt, & prodeſt alicui, velut, ſi nolēs hominem ad
tem quæſitum prodere, mētiatur. Octauum genus
dacij eſt, quod & nulli obeſt, & prodeſt ad hoc, vt a
munditia corporali aliquē tueatur. Non eſt igitur
tiendum in doctrina pietatis, quia magnum ſcel
& primum genus deteſtabilis mendacii. Non eſt
mentiendum ſecundo genere, quia nulli facienda i
eſt. Non eſt mentiendum tertio genere, quia nulli
alterius iniuria eſt conſulendum. Non eſt menti
quarto genere, propter mendacij libidinem, quæ p
ipſam vitioſa eſt. Non eſt mentiendum quinto ge
quia nec ipſa veritas, placendi cauſa hominibus,
tianda eſt; quanto minus mēdacium, quod per ſe
quia mendacium eſt, vtique turpe eſt. Non eſt men
dum ſexto genere: neque enim rectè teſtimonij ve
pro cuiuſcumque temporali cōmodo, ac ſalute co
pitur: ad ſempiternam verò ſalutem nullus ducen
opitulante mendacio. Neque ſeptimo genere men
dum eſt. Non enim cuiuſquam commoditas, a
temporalis perficiendæ fidei præferenda eſt: nec ſe
quam in rectè factis noſtris tam malè moueri ſenti
fiat etiam animo deterior, longeq́ue à pietate remo
Nec octauo genere mentiendum eſt, quia & in
caſtitas animæ, pudicitiæ corporis præfertur: & in
quod ipſi facimus, eo quod fieri ſinimus nobis da
bilius eſt. In his autem octo generibus tanto quiſq
nus peccat cùm mentitur, quāto magis à primo re
Quiſquis autem, eſſe aliquod genus mēdacij, quod
catum non ſit, putauerit, decipiet ſemetipſum tur
cùm honeſtum ſe deceptorem arbitretur aliorum.
tamen ſunt genera mendaciorum, in quibus non eſt
gna culpa, ſed tamen non ſunt ſine culpa, cùm aut io

mur, aut proximo conſulendo mentimur. Illud autem primum in iocando, ideo non eſt pernicioſum, quia non fallit. Nouit enim ille, cui dicitur, cauſa iocandi fuiſſe dictum. Secundum autem ideo minus eſt, quia retinet nonnullam beneuolentiam. Illud verò quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum eſt. Aliquando verum tacere, falſum autem dicere nō inuenitur ſanctis conceſſum.[a]

Hæc autem de mendacio paulò latius ſpontè, & ſtudioſè deduximus, quia ſi vnquam aliàs nunc maximè prophetia Hieremiæ impleta videtur, quam præcinuit, dicens[b]: A propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt mendacium. Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam, quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem ſuum deridebit, & veritatem non loquentur. Docuerūt enim linguam ſuam loqui mendacium; vt iniqua agerent laborauerūt[c]. Nullus eſt, qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicēs: Quid feci? Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu vadens in prelium. Et quod Chriſtus Scribis, atque Phariſæis dixit[d], nunc peropportunè multis eccleſiaſticis dici poſſe videtur: Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo. Cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mēdax eſt, & pater eius. Ego autem ſi veritatem dico non creditis mihi. Omnes autem, vt D. Ambroſius inquit[e], qui amant mendacium, filij ſunt diaboli. Quia non ſolùm in falſis verbis, ſed etiā in ſimulatis operibus mendacium eſt. Mendacium namque eſt, ſe Chriſtianū dicere, & opera Chriſti non facere. Mendacium eſt, Epiſcopum, ſacerdotem, vel clericum ſe profiteri, & contraria huic ordini operari. Anne igitur hæc vitæ, & morū clericorum diſſolutio, & inhoneſtas, ad quam reformandam ſacroſanctum Concilium Tridentinum tantoperè deſudauit, & elaborauit, euidenter teſtantur, atque conuincunt, eos mendaces eſſe; atque ob hoc ipſum non temerè poſſe illos dici diaboli filios, deſideria patris ſui facientes, & SS. Tridentini concilij contemnentes, vel ſaltem huius decreta non obſeruantes.

a c. *ne quis.* §. *duo verò.* 22. q. 2.

b *cap.* 8.

c *Hierem. c.* 9.

d *Io. cap.* 8.

e *in c. cauete.* 22. q. 5.

*Mendacium nō tantùm verbis, ſed etiam operibus fit.*

*Mēdacium eſt clericū ſe profiteri, & contraria huic ordini operari.*

Qui enim dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cu-
ſtodit, mendax eſt; & in eo veritas non eſt, vt Chriſtus
*a Ioan. 8.* inquit [a]; ac proinde clerici, qui neque Dei, neque Ponti-
ficum, neq; conciliorum decreta, & mandata cuſtodiunt,
anne rectè, & verè mendaces nunc dici poſſunt, quia
*b ad Epheſ. 4.* veritas in eis non eſt? Quare D. Pauli mandatū [b] ſecu-
tes, deponant mendacium, & loquantur veritatē. Siqui-
doquidem ſeuera & terribilis contra mēdaces à Do-
*c in Apoc. c. 21.* ne [c] promulgata refertur ſententia, nimirum; quod pars
illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure.

*Sermonem clericorum debere eſſe pudicum & opportu-*

## CAP. XXVIII.

AD ſeruandam à clericis in ſermone hone-
requiritur quoque, vt is ſit pudicus, ne q-
pe ore exeat: hoc enim grauiter coinquin-
*d lib. 1. offic. cap. 18.* minem. Quia, vt D. Ambroſius ait [d]; Non cibu-
quinat hominem, ſed iniuſta obtrectatio, ſed ver-
obſcœnitas. Hæc etiā vulgò pudori ſunt. In noſtro
officio nullum verbum, quod inhoneſtè cadat, 
cutiat verecundiam. Et non ſolum nihil ipſi inde-
loqui, ſed ne aurem quidē præbere debemus huiuſ-
dictis: ſicut Ioſeph ne incongrua audiret ſuæ vere-
veſte fugit relicta; quoniam quem delectat audire, 
loqui prouocat. Intelligere quoque quod turpe 
dori maximo eſt. Multa de ratione dicendi dant p-
*e d. lib. cap. 23.* ſeculares viri, vt idem D. Ambroſius inquit [e], quæ
prętereunda arbitror, vt de iocandi diſciplina. Nam
honeſta interdum ioca, ac ſuauia ſint, tamen ab ec-
ſtica abhorrent regula. Quoniā quæ in ſcripturis 
non reperimus, ea quemadmodum vſurpare poſſ-
*Quale debeat eſſe colloquiū familiare clericorum.* Sit igitur ſermo huiuſmodi de ſcripturis maximè. 
enim magis nos oportet loqui, quàm de conuer-
optima, adhortatione obſeruationis, diſciplinæque
ſtodia? habeat caput eius rationem. Sermo enim 
ſus iras excitat. Quàm verò indecorum, vt cùm 
confabulatio habere ſoleat incrementum gratiæ, 
næuum offenſionis? Diſceptatio ſit ſine ira, ſuauit-
amaritudine, monitio ſine aſperitate. Hortatio ſi-
fenſione: Et ſicut in omni actu vitæ id cauere debe-

ne

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ne rationem nimius animi motus excludat, ſed teneamus cõſilij locum: ita etiam in ſermone formulam eam tenere conuenit, ne aut ira excitetur, aut odium: aut cupiditatis noſtræ, aut ignauiæ aliqua exprimamus indicia[a]. Cauendum etiam in fabulis eſt, ne inflectant grauitatem ſeuerioris propoſiti. Vę vobis, qui rideris, quia flebitis, ait Dominus[b]. Et nos ridendi materiam requirimus, vt hic ridentes illic fleamus? Non ſolùm profuſos, ſed omnes etiam iocos declinandos arbitror, plenum tamen ſuauitatis, & gratiæ ſermonem eſſe, non indecorum[c]. Et quia, vt D. Paulus Corinthiis ſcripſit[d], Corrumpunt mores bonos colloquia praua: hinc in concilio Carthaginenſi quarto, cui D. Auguſtinus interfuit, conſtitutum legitur[e]; clericum ſcurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio eſſe retrahendum.

Et cùm colloquiũ mulieris quaſi ignis exardeſcat, vt Sapiẽs inquit[f], à B. Clemẽte Pontifice cõſtitutum fuit[g], vt clericus ſolus ad fœminæ tabernaculum non accedat, neque properet ſine maioris natu ſacerdotis iuſſione; nec ſolus presbyter cum ſola fœmina fabulas miſceat, nec Archidiaconus ſub prætextu humilitatis, aut officij frequenter intret domicilia matronarum, aut fortè per clericos, aut domeſticos matronæ mandet aliquid ſecrete. Si agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus Eccleſiæ arceatur. Et in ſeptima Synodo generali[h]: In omnibus ſeruare conuenit, vt certus quis, & certo tempore, & certo loco, & certis perſonis vel apparere clericus, vel loqui debeat mulieribus, vt excludatur omnis nefanda ſuſpicio. Certè ſolum ad ſolã accedere nulla religionis ratio permittit, melius eſt enim duos eſſe ſimul, quàm vnum. Simul enim & fidelius; & tutius res geritur. Væ enim vni, quia ſi ceciderit, non eſt qui erigat eum[i]. Et ab Eugenio Papa[k]: Si quiſquam ſacerdotum, id eſt, presbyter, diaconus, ſubdiaconus de quacumque fœmina crimine fornicationis ſuſpectus, poſt primam, ſecundam, & tertiam admonitionem inueniatur fabulari, & aliquo modo conuerſari cum ea, excõmunicationi ſubdatur: fœmina verò canonicè iudicetur.

Habet ſanè ſuos ſcopulos verecundia, vt D. Ambroſius docet[l], non quos ipſa inuehit, ſed quos ſæpe incurrit,

ſi in

a *Ambroſ. d. lib. 1. cap. 22.*
b *Lucæ 6. cap. & Ambroſ. d. lib. 1. cap. 23.*
c *Ambroſ. d. lib. 1. cap. 23.*
d *epiſt. 1. c. 15.*
e *cap. 60. & c. clericũ. diſt. 46*
f *Eccleſ. 9. cap.*
g *epiſt. 2. ad Iacob. et c. clericum. diſt. 81.*
h *quę fuit Nicæna 2. cap. 18.*
i *c. in omnibus. diſt. 81. Eccleſ. 4. Cantic 17.*
k *in c. ſi quiſquam. de cohabit. cleric. Suſpectus de fornicatione clericus, in ſacris cũ muliere non fabuletur.*
l *lib. 1. offic. cap. 20.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Intemperantiũ hominum conſortia fugienda ſunt clericis.*

ſi in intemperantiũ incidamus conſortia, qui
iocunditatis venenum infundunt bonis. Hi ſi
& maximè in conuiuio, ludo, ac ioco, eneruant
tem illam virilem. Caueamus itaque, ne dum
animum volumus, ſoluamus omnem harmoniam
concentum quēdam bonorum operum. Vſus
inflectit naturam. Vnde quàm prudēter factis
eccleſiaſticis, & maximè miniſtrorum officiis
declinare extraneorum conuiuia, vel vt ipſi
ſitis peregrinantibus, vel vt ea cautione nullus
probrio locus. Cōuiuia quippe extraneorum
nes habent, tum etiam epulandi produnt
Subrepunt etiam fabulæ frequēter de ſeculo, ac
tibus, claudere aures non potes; prohibere
biæ; ſubrepunt etiam præter voluntatem pocula.
eſt tuæ domui ſemel excuſes, quàm alienæ
& vt ipſe ſobrius ſurgas, tamen ex aliena
demnari non debet præſentia tua. Viduarum, ac
domos, niſi viſitandi gratia, maiores adire non
& hoc cum ſenioribus, hoc eſt, vel cum Epiſcopo
grauior eſt cauſa, cum presbyteris. Quid
demus ſecularibus obtrectandi locum? Quid
illæ quoque viſitationes crebræ accipiant
Quid ſi aliqua illarum fortè labatur, cur alieni
eas inuidiam? quàm multos etiã fortes illecebra

*Vſus citò inflectit naturã.*

*Clericis extraneorum conuiuia declinanda ſunt.*

*Clerici non debēt ſecularibus dare obtrectãdi locum.*

*Multos etiam fortes illecebra decepit.*

Huc pertinet & illud D. Chryſoſtomi [a]: Ride
quit, & iocoſa dicere verba, nō manifeſtum quidem
catum eſſe videtur, ſed in manifeſtum crimen
nempe ſæpius ex riſu turpia naſcuntur verba, à
verbis actiones turpiores. Sæpius ex verbis, &
uitia, & contumeliæ: de conuitio, & contumelia,
& vulnera: de vulneribus, & plagis iugulationes,
micidia. Si igitur tibi bene conſulturus es, non
tùm verba, neque turpia tantùm facta, neque
vulnera, & homicidia, verùm & ipſum intempe
riſum, & verba fugies ſcurrilia; quoniam ſubſequ
radix talia eſſe ſolent. Propterea Paulus inquit [b]:
loquium, & ſcurrilitas ne prodeat ex ore veſtro.
namque per ſe paruum ipſum eſſe videtur, magno
tamē malorum nobis efficitur cauſa. Magnus

*a Hom. 15. ad pop. Antioch.*

*b Epheſ. 5. cap. Stultiloquiũ, et ſcurrilitas non prodeat ex ore veſtro.*

*Magnus laqueus eſt linguæ petulantia.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

linguę petulantia, & multæ refrænationis indigens. Propterea & quidam inquit [a]; Laqueus fortis viro propria labia, & capitur verbis oris proprij: Supra cætera igitur cuncta membra hanc moderemur, hanc refrænemus, & conuitia, contumeliaſque ac turpiloquia, & accuſationes ex ore pellamus, & malā iuramentorum conſuetudinē.

*a Prouerb. 6.*
*Lingua ſupra omnia mēbra moderanda & refrgnanda eſt.*

*Quàm vtilis & laudabilis ſit taciturnitas.*

## CAP. XXIX.

QVARE cùm ex ſermone noſtro frequenter in magna, & grauia incidamus pericula, & peccata, optimum, & tutiſſimum fuerit tacere, donec ratio, & tempus poſtulēt nos debere loqui. Vnde D. Ambroſius clericis ſuis ſcribens [b]: Quid, inquit, præ cæteris debemus diſcere, quàm tacere, vt poſſimus loqui, ne prius me vox condemnet mea, quàm abſoluat aliena? ſcriptum eſt enim [c]: Ex verbis tuis cōdemnaberis. Quid opus eſt igitur, vt properes periculū ſuſcipere condemnationis loquendo, cùm tacēdo poſſis eſſe tutior? Complures vidi loquendo peccatum incidiſſe, vix quenquam tacendo. Sapiēs eſt ergò, qui nouit tacere. Ideoque ſancti Domini, qui ſciebant, quia vox hominis plerumque peccato adiuncta eſt, & initium erroris humani ſermo eſt hominis, amabant tacere. Vnde & Pſalmiſta ait [d]: Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Sciebat enim & legerat diuinæ protectionis eſſe, vt homo à linguę ſuæ flagello abſconderetur, & à conſcientię ſuæ teſtimonio. Verberamur enim tacito cogitationis noſtræ opprobrio, & iudicio conſcientiæ; verberamur etiam vocis noſtræ verbere, cùm loquimur ea, quorum ſono ędditur animus noſter, & mens conſauciatur. Quis eſt enim, qui mundum cor à peccatorum habeat colluuione, aut non delinquat in lingua ſua? Et ideo quia neminem ſciebat caſtum os ſeruare poſſe ab immunditia ſermonis, ipſe ſibi ſilentio legem impoſuit innocentię, vt tacendo culpā declinaret, quam vix effugere poſſet loquendo. Tace ergò prius, & audi, & nō delinques in lingua tua. Graue malum, vt aliquis ore ſuo condemnetur. Etenim ſi pro otioſo verbo reddet vnuſquiſque rationē, quanto magis pro verbo impuritatis, & turpitudinis?

*b lib. 1. offic. c. 2.*
*Tacendo diſcimus rectè loqui.*
*c Matth. 12.*
*Sapiens eſt, qui nouit tacere.*
*d Pſal. 38.*
*Quis eſt, qui nō delinquat in lingua ſua?*
*Tace, & audi, vt non delinquas in lingua tua.*

Grauiora

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Grauiora ſunt enim verba præcipitationis,quàm
Ergò ſi pro otioſo verbo ratio poſcitur, quanto
pro ſermone impietatis,ac impuritatis pœna exi
*Eſt tempus tacendi, & tempus loquendi.* Quid igitur? Mutos nos eſſe oportet? Minimè. Eſt
tempus tacendi, & tempus loquendi.

*Ambroſ. lib. 1. off. cap. 3.* Deinde ſi pro otioſo verbo reddemus rationem
deamus,ne reddamus pro otioſo ſilentio. Homo
*a Eccl. 20. cap.* vt ſcriptura inquit [a], tacebit vſque ad tempus. Et [b]
*b Iſaiæ 50. cap.* minus dedit mihi linguam eruditionis, vt ſciam
oporteat ſermonem dicere. Rectè ergo Dauid
lentium ſibi indixit perpetuum, ſed cuſtodiam.
diamus ergò cor noſtrum,cuſtodiamus os noſtrum
*c Eccl. 28. cap.* cùm niſi vnicuique noſtrum ſcriptum eſt [c]: Sepi
ſionem tuam ſpinis; & aurum, & argẽtum tuum
*Ori fac oſtium & vectem, & verbis tuis ſtateram.* & ori tuo fac oſtium , & vectem, & verbis tuis
& ſtateram. Poſſeſſio tua,mens tua eſt;aurum tu
tuum eſt : argentum tuum,eloquium tuum eſt.
gò hanc poſſeſſionem, & circumuallato cogitatio
munito piis ſolicitudinibus, ne in eam irruant &
uam ducant irrationabiles corporis paſſiones; ne
ſent motus graues ; ne diripiant vindemiam eius
euntes viam. Cuſtodi interiorem hominem tuum
eum quaſi vilẽ negligere, ac faſtidire, quia pretio
ſeſſio eſt. Et meritò pretioſa,cuius fructus non ca
& temporalis,ſed ſtabilis,atque æternæ ſalutis eſt.
ergò poſſeſſionem tuam,vt ſint tibi agri. Alliga
nem tuum ne luxuriet, ne laſciuiat, & multiloqui
cata ſibi colligat. Sit reſtrictior, & ripis ſuis coerc
Alliga ſenſum tuum,non ſit remiſſus,ac deffuus.
ſuas habenas mentis ſobrietas,quibus regitur, & g
natur. Sit ori tuo oſtium, vt claudatur vbi oport
obſeretur diligentius, ne quis in iracundiam excit
*d Ambr. lib. 1. offic. cap. 3.* cem tuam, & contumeliam rependas contumelia [d]

D. verò Hieronymus ad Nepotianum de vita
corum ſcribens; Officij, inquit, tui eſt, non ſolùm o
caſtos ſeruare,ſed & linguam. Nunquam de formis
lierum diſputes, nec,quid agatur in alia, domus al
*Hippocrates à diſcipulis ſacramento extorquet ſilentium.* te nouerit. Hippocrates adiurat diſcipulos ſuos a
quam doceat, & in verba ſua iurare compellit, ex
quet ſacramento ſilentium, ſermonem, inceſſum,

tum, moreſque præſcribit. Diu ante conſidera, quid loquendum, & adhuc tacens prouide, ne quid dixiſſe pœniteat. Verba tua ponderet cogitatio, & linguę officium animi libra diſpenſet. Vnde ſcriptura dicit [a]: Argentum & aurum tuum conſla, & verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos. Et attende ne fortè labaris lingua. Nunquam malum verbum de ore tuo procedat [b]. Et D. Ambroſius clericos ſuos docens ad alienas domos confabulandi, vel conuiuādi gratia non eſſe eundum: Quid, inquit [c], nobis cum alienis domibus? Vna eſt domus (Eccleſiam intelligens) quæ omnes capit: illi potius ad nos veniant, qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Miniſterium altaribus Chriſti, non obſequium hominibus deferendum recepimus. Humiles nos eſſe decet, mites, manſuetos, graues, patientes, modum tenere in omnibus, vt nullum vitium eſſe in moribus, vel tacitus vultus, vel ſermo annuntiet. Tacere autem noſſe, quàm loqui difficilius eſt. Nam plerique loquuntur, cùm tacere neſciant. Rarum, & pulchrum eſt, tacere quenquam cùm ſibi loqui nihil proſit [d]. Cùm Catoni Vticenſi adhuc puero vitio daretur taciturnitas, dixit: Carpant taciturnitatem, modo vitam pro[?]ent. Tum demum abrumpam hoc meum ſilentium, cùm ea loqui potero, quę ſunt indigna ſilentio. Et Xenocrates cùm ſolus in conuiuio, cæteris multa garrientibus, nihil diceret, interroganti, cur vnus omnium ſileret [e]: Quoniam, inquit, locutum fuiſſe pœnituit aliquando; ſiluiſſe nunquam. Debemus enim, vt Cicero docet, conſiderare in omni re, quid aptum ſit, & conſentaneum tempori, & perſonæ; tum quid in dictis, factiſque dedeceat. [f]

*Quanta cura, & ſolicitudine ſit loquendum.*

a *Eccleſ.28.*

b *Hieron. ad Celant.*

c *lib.1.off.cap.20.*

*Clerici, miniſterium altaribus, non hominibus deferendum receperūt. Clerici modum tenere debēt in omnibus.*

d *lib.1.cap.1.*

e *vt refert Stephan. Bellea. in ſuo ſenten. volum.*

*Nil tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum.*

f *Ad Brutū.*

SPECV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN